





MÉMOIRES

DE LA

SOCIÉTÉ HISTORIQUE ET LITTÉRAIRE

DE

TOURNAI

TOME 25.



1895

H. & L. CASTERMAN

LIBRAIRES-ÉDITEURS

TOURNAI



MÉMOIRES

DE LA

SOCIÉTÉ HISTORIQUE ET LITTÉRAIRE

DE TOURNAI

MÉMOIRES

DE LA

archéologique

SOCIÉTÉ HISTORIQUE ET LITTÉRAIRE

DE

TOURNAI

TOME 25.



H. & L. CASTERMAN

LIBRAIRES-ÉDITEURS

TOURNAI

HISTOIRE

DES

CHATELAINS DE TOURNAI

DE

LA MAISON DE MORTAGNE

INTRODUCTION AUX PREUVES.

Parmi les 200 documents inédits que l'on va trouver ci-après, il n'en est que 19 qui n'émanent pas des châtelains de Tournai. Notre recueil constitue donc, en quelque sorte, le cartulaire de ces châtelains. Mais ce cartulaire n'est pas complet, puisque nous n'avons cru devoir rééditer aucune pièce. Nous connaissons 31 chartes de nos châtelains, qui déjà ont eu les honneurs de la publication. En les joignant aux 181 chartes de ces mêmes châtelains dont nous donnons aujourd'hui pour la première fois le texte, et à une vingtaine d'autres que nous avons cru pouvoir nous dispenser de mettre au jour, on aurait presque entier le recueil des chartes qu'ils nous ont laissées. Nos investigations, en effet, ont été dirigées de telle

façon dans onze dépôts et plus de cent fonds d'archives différents, que nous ne pensons pas qu'on puisse retrouver encore beaucoup de chartes inédites des châtelains de Tournai de la maison de Mortagne.

Qu'il nous soit permis d'appeler l'attention sur l'intérêt que présentent nos Preuves pour l'histoire du Tournaisis et des provinces qui l'avoisinent. Nos documents sont compris entre les dates extrêmes de 1110 et 1311. On sera, croyons-nous, frappé de ce qu'ils apportent de données nouvelles pour la topographie du Tournaisis, pour l'histoire ecclésiastique, féodale et agricole de cette région, pour la chronologie, la diplomatique et surtout pour la généalogie. Les noms de lieu et de personne qui apparaissent dans nos Preuves, sont en nombre immense, comme aussi les indications sur les monnaies, les poids et les mesures, le prix des terres, qui, aux XIIe et XIIIe siècles, dans le Tournaisis, atteignait déjà quatre ou cinq mille francs à l'hectare, l'histoire des mœurs, du droit, des institutions, etc., etc. Nous avons donc lieu d'espérer que nos documents inédits rendront quelques services et seront bien accueillis.

Nous n'osons nous flatter toutefois, malgré tout le soin que nous avons apporté à leur publication, de les donner sans aucune faute. Les personnes qui utiliseront nos Preuves savent combien il est malaisé d'éviter les erreurs, et voudront bien sans doute excuser les nôtres. Nous donnons les documents ponctués

à la manière moderne, pour qu'ils soient plus facilement intelligibles au lecteur. On remarquera que toutes les dates sont ici ramenées au nouveau style, et que tous les noms de lieu et de personne sont identifiés à la Table onomastique qui termine ces Preuves. Quant aux difficultés que présente l'interprétation de nos documents, nous nous sommes efforcé de les résoudre dans le texte de cette Histoire.

Armand d'Herbomez.

ERRATA.

Page	11, ligne	4 de la note, *au lieu de* carton 51, *lire :* carton 73.				
»	96,	»	14, *au lieu de*	cambre,	*lire :*	cambe.
»	191,	»	12,	»	amen[ri],	»	amen[rir].
»	207,	»	23,	»	qu'eil,	»	que il.
»	223,	»	20,	»	leissiés,	»	lessiés.
»	251,	»	3,	»	**1282**,	»	**1292**.
»	252,	»	39,	»	peur,	»	pour.

HISTOIRE

DES

CHATELAINS DE TOURNAI

DE

LA MAISON DE MORTAGNE

PREUVES.

1. — Orchies, 20 octobre 1110.

Robert II, comte de Flandre, approuve la donation faite par Evrard, châtelain de Tournai, aux chanoines de l'église de Notre-Dame en cette ville, d'un manse de terre à Herseaux, et de la dîme des quatre moulins les plus rapprochés du château de Tournai.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti.

Multarum scripturarum, et maxime ipsius psalmiste, testimonio didicimus, quemlibet super egenum et pauperem pio affectu attendentem, beatitudinis futurum esse participem; cujus autem beatitudinis, idem psalmista subjungit : in die enim mala liberabit eum Dominus.

Unde ego Robertus, Dei clemencia providente Flandrensis comes, pro mea, meorumque antecessorum anima, ecclesie Sancte Marie Tornacensis, in stipendiis canonicorum, unum mansum terre ab omni exactione liberum [apud] Hersiel, de alodio domini Everardi Tornacensis castellani, et decimam quatuor molendinorum ipsi Tornacensi castello, quod de me tenet sub fisci nomine, pertinentium, ceterisque Tornacensibus molendinis predicto castello magis propinquorum, ejusdem Everardi, Gualterique ejus filii petitionibus satisfaciens, concedo. Ipse enim Everardus, predicta beneficia predicte ecclesie, pro sua, sueque uxoris Heluidis, omniumque suorum antecessorum salvatione, in honore

Domini et salvatoris nostri Jhesu Christi, ejusque pie et intemerate genitricis, addixerat. Ut vero hec auctoritas firmior habeatur, mei sigilli impressione, meorumque primatum attestatione confirmo.

S[ignum] Balduini filii mei, S. ipsius Everardi qui hoc donavit, S. Gualteri filii sui, S. Adelardi nepotis sui, S. Ostonis pincerne, S. Rogeri Islensis castellani, S. Gualteri Curtracensis castellani, S. Gozeguini Brabantensis, S. Amulrici de Landast, S. Godini, S. Ingelberti Cysoniensis.

Actum et datum apud Orchies, in ecclesia beate et gloriose semperque virginis Marie, anno Dominice incarnationis m°, c° x°, XIII° kalendas novembris.

Tournai, Archives du chapitre de l'église cathédrale; Cartulaire D, f^os xxxiij^a et cxxi^b. — Copie du XIVe siècle.

---

2. — Elnon, 1116.

Baudouin VII, comte de Flandre, sur la plainte de l'abbé de Saint-Amand-en-Pèvele, oblige le châtelain de Tournai Watier, à ouvrir l'écluse de Thun chaque année depuis la veille de la Pentecôte jusqu'au jour de l'Assomption, de telle façon que les eaux de la Scarpe puissent s'écouler librement.

In nomine sancte et individue trinitatis, Balduinus, divina propitiante clementia, comes Flandrie.

Exigit a nobis censura justicie, ut in vinea Domini debeamus laborare, quatinus cum operariis hore prime, pro mercede denarium mereamur accipere. Quapropter ego Balduinus, Roberti junioris filius, ad suggestionem venerabilis abbatis Bovonis adiens cenobium gloriosi pontificis Christi Amandi, injustas consuetudines a malis hominibus male assuetas pro posse correxi, et correctas pro tempore auctoritate nostra corroboravi. Ubi inter cetera abbas et fratres predicti cenobii, in presentia nostra, questi sunt de Gualtero castellano, qui, infracta quadam conventione que tempore genitoris mei facta fuit inter bone memorie abbatem Hugonem et Evrardum castellanum, per nimiam elevationem molendinorum et ventail de Tuns, aquam redundare faciebat in segetes et prata, et etiam in ecclesia sancta. Convo-

catis itaque hominibus meis qui ex precepto genitoris mei huic interfuere conventioni, et hominibus ejusdem Gualteri, cum hominibus Sancti Amandi, recognitum est ab eis quod a vigilia Pentecostes usque ad Assumptionem Sancte Marie, remoto omni obstaculo, cursus aque deberet aperiri. Decretum fuit etiam in supradicta conventione, ut si ille in cujus feodum eadem molendina devenirent, predicto termino vel alio quolibet tempore, succrescente nimia inundatione aquarum, ventail nollet aperire, abbas de Sancto Amando ventail quod ob hanc causam super terram sancti factum fuit ob imminuendas aquas, absque ulla contradictione aperiret. Cui cognitioni cum idem Gualterus vellet obsistere, judicio baronum meorum compulsus est abnuere. Et ut hec conventio per futura tempora inviolabilem obtineat firmitatem, in presentia baronum meorum sigilli mei impressione roboravi; abbatem et fratres violatorem anathematis vinculo innodare rogavi.

S. Godefridi de Bulcen, S. Alardi filii Cononis, S. Rogeri, S. Amulrici conestabuli, S. Balduini camerarii, S. Gerardi de Waschehal, S. Johannis de Herquengehen, S. Amulrici de Landast, S. Gerrici de Hera, S. Almanni prepositi, S. Gualteri de Dons, et Guizelini fratris ejus, S. Erreberti de Samio.

Actum Elnone monasterio, anno Verbi incarnati mcxvj°.

Paris, Bibliothèque nationale; Collection Moreau, t. 48, f° 40. — Copie prise en février 1773 par dom Queinsert, sur l'original qui se trouvait encore, à cette époque, au chartrier de Saint-Amand (1).

---

3. — Elnon, 1144.

Absalon, abbé de Saint-Amand-en-Pèvele, rappelle les donations faites à son monastère par le châtelain de Tournai Watier, et prononce l'excommunication contre ceux qui n'auraient pas pour ces donations le respect qui leur est dû.

(1) Il y a dans le tome 48 de la Collection Moreau, au f° 46, une autre copie de la même charte, prise en juillet 1773, par le même D. Queinsert d'après le Cartulaire de Saint-Amand, (t. II, f° XLVIII), qui aujourd'hui se conserve à Lille aux Archives du Nord. Les noms des témoins sont moins nombreux dans cette seconde copie que dans la première.

Ego Absalon, Dei gratia abbas ecclesie Sancti Amandi, notum volo fieri tam presentibus quam futuris, quod pie memorie Ratbodus, Tornacensis ecclesie archidiaconus, apud nos monacus effectus, vadium xx[ti] scilicet marcas argenti et v[e] firtones quod apud Heines super alodium patris sui Gualteri Tornacensis castellani habebat, nobis contradidit. Idem vero Gualterus, non multo post apud nos monacus effectus, ipsum memoratum alodium [quod] apud Heines habebat, quod predictus Ratbodus in vadium tenebat, liberum sicut ipse tenuerat, absque alicujus contradictione, nobis coram idoneis testibus dedit. Concessit etiam nobis ut subtus ventail de Tuens, obstaculum aque quod *rabath* appellatur, faceremus. Piscationem etiam aque, ex parte ripe que Brabbantum respicit, usque ad guttam de Speen, nobis concessit. Huic concessioni interfuerunt, et prona animi devotione assenserunt Perona, uxor ipsius Gualteri, Everardus castellanus, filius ejus, et uxor ipsius Richeldis, Siherus et Alardus fratres Evrardi, quorum Alardus, noster monachus factus, prior patre suo obiit, sorores etiam ipsorum : Helewidis, Yda et Elizabeth. Que beneficii ipsorum grata concessio ut firma et inconvulsa permaneat, ipsis petentibus, violatores hujus concessionis sub presentia ipsorum excommunicavimus. Testium etiam nomina qui huic concessioni interfuerunt, annotari presenti scripto jussimus.

S. Everardi castellani, S. Siheri fratris ejus, S. Alardi fratris ejus, S. Herimanni prepositi de Sancto Amando, S. Ratbodi castellani, S. Guillelmi Seins, S. Guillelmi thelonearii, S. Oliveri, S. Almanni Tillave, S. Balduini, S. Almanni de Tuns, S. Almanni Bruns.

Actum Elnone, in monasterio Sancti Amandi, anno Dominice incarnationis m[o] c[o] xl[o] iiij[o].

Lille, Archives du Nord; Fonds de Saint-Amand, Cartulaire, t I, f[o] cx[b]. — Copie du XIII[e] siècle.

---

4. — 1157.

Godechau, évêque d'Arras, rappelle les donations faites à l'abbaye du Château par divers bienfaiteurs, au nombre desquels apparaît en première ligne le châtelain de Tournai Evrard, et fulmine l'excom-

munication contre ceux qui troubleraient l'abbaye dans la jouissance paisible de ces donations.

In nomine sancte et individue trinitatis, ego Godescalcus, Dei gratia Atrebatensis episcopus, presentibus et futuris in perpetuum.

Quamvis magistri gentium exemplo, exigente cura pastorali, omnibus omnia esse debeamus, illis tamen qui, seculi fluxa calcantes, spe felici vite vias aggressi sunt, omnimodis dictante justicia superintendere debemus; proinde si eorum profectibus spiritualibus congaudemus, consequens est prorsus ut nostre providentia et bona temporalia, quibus eorum transitura sustentetur necessitas, habeant et habita cum pace possideant. Hac consideratione sagaciter provocati, dignum duximus pagine inserere quid, temporibus nostris, fidelium devotio fratribus de Castello contulerit, quatinus adversus quietis impatientes presens scriptum, veluti defensionis baculum, opponant, faciliusque ora loquentium injusta obstruant.

Omni igitur legenti innotescat, quod dominus Ludovicus de Fraisno, ecclesie Sancti Martini de Castello, ex silva suam partem, quandam mensuram scilicet duarum carrucarum, in elemosinam, legitime, annuente uxore et liberis suis, largitus sit; et inde ei seu ejus posteris fratres jamdicte ecclesie, die Natalis Dominici, censum videlicet vij solidos solvere debent.

Preterea dominus Evrardus castellanus terram suam jam dictis fratribus excolendam jure perpetuo concessit; sed et Walterus Nanus nichilominus et ipse suam, tali utique ratione, ut omnium fructuum exinde provenientium, partem mediam ab eis recipiant, reliquam sibi habeant.

Inter hec jamdictus Euvrardus, pro desiderio afflatus xxx^{a} raseras avene et xviii den. et iiij^{or} capones ad Natale Domini ut ex suis reditibus annuatim recipiant, benigne concessit, bonisque initiis ut finis melior subsequeretur admodum exoptans, duas decimas piscium, unam scilicet quam apud Mauritaniam ex piscibus marinis navali subvectione transeuntibus solitus erat accipere, et aliam quam apud Werkin, ex piscibus qui *palenc* vulgo nominantur, jure hereditario tenuerat, ad usus fratrum in predicta ecclesia Deo servientium liberali dono dereliquit. Porro tam ipse quam pares Mauritanie, qui antiqua consuetudine ex navibus transeuntibus statutos reditus soliti sunt accipere, ut

unius navis salis reditus quotannis ecclesie prenominate libere ac plenarie cedat, voluntario et communi assensu decreverunt.

Que nimirum omnia, cum terra etiam quam postmodum apud Forest a fratribus de Dunis dato precio emerunt, ut cum quiete possideant permaxime desideramus, dataque benedictione horum omnium devotis conservatoribus, in prevaricatoribus auctoritate episcopali sententiam excommunicationis quoad resipuerint jaculamus. Ut vero que dicimus melius ac robustius conserventur, presentem cartulam sigilli nostri impressione, et liberalium virorum qui concessioni horum interfuerunt subscriptione, confirmari jussimus.

S. Werrici abbatis Sancti Vedasti, S. Hugonis abbatis Sancti Amandi, S. Geraldi abbatis de Casa Dei, S. Teoderici archidiaconi, S. magistri Gisleni, S. Sawalonis, S. Petri de Betunia S. Guidonis, canonicorum Atrebatensium, S. Euvrardi castellani, S. Euvrardi filii ejus, S. Guillelmi Judicis, S Balduini Armete, S. Gerulfi de Landast, S. Walteri Nani, S. Winemari de Lokerun, S. Robodi castellani.

Actum anno incarnati Verbi millesimo centesimo quinquagesimo vij°.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château-l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

---

5. — 1159.

Géraud, évêque de Tournai, à la demande du châtelain de Tournai Evrard, confirme l'exemption de péage à Tournai et à Mortagne, concédée par ce châtelain à l'abbaye de Marchiennes.

In nomine sancte trinitatis, ego Geraudus, Dei miseratione Tornacensis dictus episcopus, notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod castellanus Tornacensis Evrardus, et filius ejusdem equivocus Evrardus cognomento Radullus, winagium juris sui de Tornaco et de Mauritania, pro animabus suis, Marcianensi ecclesie in elemosinam contulerunt; videlicet ut fratribus ejusdem cenobii res suas evehere terra et aquis in eadem sua potestate, absque ulla tributi exactione, libere et

secure liceat in perpetuum. Nos quoque eandem donationem approbantes, ejusdem castellani precatione et filii ipsius, concessione scripti nostri, attestatione et sigilli impressione corroboravimus; et ne ab aliqua persona eisdem fratribus de eadem re aliquid molestie ulterius inferatur, sub anathemate interdicimus, omnemque controversiam in posterum de medio tolli, nominum eorum qui interfuerunt appositione voluimus.

Ego Geraudus Dei miseratione Tornacensis episcopus subscripsi. S. Galteri Tornacensis abbatis, S. Fulchonis Hasnoniensis abbatis, S. Anselmi Cisoniensis abbatis, S. Bede Sancti Bavonis abbatis, S. Sigeri abbatis Sancti Petri de Ganda, S. Balduini prioris Sancti Amandi, S. Lamberti Sancti Martini, S. Galteri decani Sancte Marie, S. Lietberti prepositi, S. Lietberti cancellarii, S. magistri Simonis, S. Henrici canonici, S. magistri Gozuini canonici.

Actum anno Verbi incarnati m° c° l° viiij°.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Marchiennes. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

---

6. — Tournai, 1166.

Evrard dit Radul, prince du Tournaisis, se déclare l'avoué et le défenseur de toutes les possessions de l'abbaye de Saint-Martin de Tournai, à qui il confirme toutes ces possessions en général, et en particulier celles qu'elle tient d'Auman Tilauve et de Gossuin de Stenvorde.

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen.

Ego Euvrardus cognomento Raduls, divine dispositionis virtute princeps Tornacensis, cunctis fidelibus in perpetuum.

Ad nos pertinet Christi servis pium prebere auditum, eosque pietatis intuitu gremio nostre dilectionis fovere, atque probationem dilectionis, operis exibitionem monstrare.

Notum igitur facimus quam presentibus tam futuris, fratres ecclesie Sancti Martini Tornacensis multa antecessorum nostrorum, nostroque tempore aliqua, justo labore suo conquisisse,

quorum me advocatum et defensorem pro viribus confiteor. Inter ceteras ejusdem ecclesie possessiones, quedam nominatim exprimere presenti pagina satagimus, que venerabilis frater prefate ecclesie Walterus de Summerengen acquisivit.

Miles quidam, nomine Almannus Tilauva, tenebat quandam terram in feodo de Gilione de Froiana, quam ad censum duodecim denariorum volens conferre Sancto Martino, in elemosinam reddidit eam Gilioni, et Gilio patri meo. Quam pater meus Evrardus secundus, nepos primi Evrardi, perpetuo libere possidendam concessit Sancto Martino; idipsum nichilominus benigne concedentibus Gilione, Almanno, Almannique heredibus; unde testem, fidejussorem et advocatum, loco suo, me pater meus, dum adhuc viveret, constituit. Testesque et obsides hujus elemosine isti fuere quorum nomina subscripsimus : Rogerus de Ruma, Evrardus de Vinea, Feranus, Radulfus et Sycherus fratres de Haudiun, Guillelmus, Gilio, Alardus fratres de Froiana.

Item Gotsuinus de Stenvurt, in extremis positus, duos bonarios terre, paulo plus vel minus, quam jure hereditario inter terras Sancti Martini possidebat, contulit in elemosinam, pro anima sua, prefate ecclesie Sancti Martini et fratribus in ea Deo servientibus, ubi et sepulture traditus quiescit. Verum ipsa die depositionis ejus, uxor defuncti veniens in ecclesiam Sancti Martini, super altare, in cespite et ramo, coram fratre, cognatis et parentibus, hortatu atque consilio eorum, tam ipsa quam filius ejus Ernulphus, posuit elemosinam legitime ab ipso Gossuino factam. Similiter de superiore elemosina actum fuisse certum est. Sequenti tempore, quod gestum fuerat, in mei presentia, mulier recognovit, meque testem et obsidem hujus largitionis constituit.

Ne autem in posterum a quoquam hominum ecclesie Sancti Martini aliqua inferatur molestia, utriusque donationis elemosinam, et quicquid eadem ecclesia ad presens in nostro principatu juste possidere dinoscitur, presentis carte testimonio benigne confirmamus, quam sigilli nostri impressione munimus, idoneosque horum que supra taxavimus testes et obsides diligenter annotare studemus.

S. Evrardi Radul domini de Tornaco, S. uxoris ejus domine Gertrudis, S. Balduini pueri, S. Lebberti ecclesie Sancte Marie Tornacensis prepositi, S. Guillelmi de Dossemeir, S. Rogeri de Corturiaco, S. Evrardi de Vinea, S. Ferani, S. Haveth, S. Ra-

dulfi, Sycheri fratrum de Haudiun, S. Alulfi, Guillelmi, Gylionis, Alardi fratrum de Froiana.

Actum Tornaci, anno Verbi incarnati millesimo centesimo sexagesimo sexto.

Mons, Archives de l'Etat; Fonds de Saint-Martin de Tournai, carton 1. — Original sur parchemin, scellé sur lacs de soie rouge, en cire brune.

---

7. — Tournai, 1166.

Evrard, prince du Tournaisis, garantit à l'abbaye de Saint-Martin de Tournai la libre jouissance des terres qu'elle a achetées de Watier, fils de Géroul de Blandain, à Warnave

In nomine sancte et individue trinitatis, patris, et filii, et spiritus sancti, amen.

Ego Evrardus, divina dispositione princeps Tornacensis, cunctis fidelibus in perpetuum.

Ad omnes quidem nobiles ac christiani generis principes arbitramur pertinere quibusque religiosis pie aurem accommodare, ustisque eorum petitionibus acquiescere, ecclesiarum possessiones et jura ampliare, ampliata defensare.

Eapropter, presentis pagine monimentum de modernis ad posteros transmittimus, in qua diligenter annotare studemus quoniam miles quidam nomine Walterus, filius Gerulfi de Blandinio, possidebat jure hereditario ante Warnaviam, inter terras Sancti Martini, sex bonarios et unius quartarii tres quadrantes terre, paulo plus vel minus, quam tenebat in feodo de Ansello advocato. Videns autem eam secundum suum velle sibi non proficuam, monachis vero Sancti Martini perpendens fore necessariam, quibusdam eorum proposuit venditionis formam qua illis deveniret in sortem. Accepta itaque ab eis argenti pecunieque non modica quantitate, per manum Walteri, qui Warnavie procurator existebat, prefate ecclesie Sancti Martini eandem terram contulit in elemosinam. Sed quia illam, ut dictum est, de Ansello advocato in feodo tenebat, sine cujus assensu omninno fieri non poterat, ipsum feodum, me presente, Galterus Ansello reddidit. Quod Ansellus in mei nichilominus presentia domno Ivoni,

abbati, et fratribus ecclesie Sancti Martini, omni remota pravi ingenii occasione, perpetuo libere possidendum concessit, datis insuper dextris in sacramento fidei, ab Ansello et Gualtero, Gualterique cognatis, Gerulfo de Molinello, alteroque de Calona Gerulfo, non solum nunquam se aliquid in hac elemosina reclamaturos, immo contra omnes calumpniam sive violentiam inferentes in vita sua pro posse defensuros. Hujus venditionis elemosine assensum benigne prebuerunt qui Gualtero sanguine propinquiores erant, predicti Gerulfus de Molinello et Gerulfus de Calona.

Factum est hoc vij° kalendas februarii, iiij[ta] feria, in foro Tornacensi, testibus multis astantibus quorum nomina subscripsimus : Willelmus de Dossemer, Nicholaus de Era, Feranus, Gossuinus de Orca, Evrardus frater ejus, Alardus de Nemore, Balduinus de Pontoit, Johannes de Velven, Theobaldus de Valle, Walterus filius ejus, a quibus acclamatum est hanc venditionem et elemosinam bene et legitime factam.

Sequenti feria ij[a], idem ij kalendas februarii, sepefatus Ansellus, cum Ida uxore sua, ex cujus patrimonio certum est terram feodi de quo tractavimus descendisse, et Gualterus cum multis aliis venerunt in ecclesiam Sancti Martini; ibique iterum Gualterus feodum reddidit Ansello. Tunc Ansellus requisivit a liberis hominibus ibidem assistentibus, utrum Walterus in feodo ultro sibi reddito posset deinceps aliquid juste reclamare; a quibus responsum est Galtero legitime feodum debere abjudicari. Deinde Ansellus atque memorata uxor ejus Ida, necnon et Gualterus, coram Deo et sanctis angelis, multisque hominibus, in cespite et ramo posuerunt illud super altare, concedentes perpetuo tenore libere possidendum Sancto Martino.

Eo tempore ego Evrardus Raduls, filius Evrardi, ex Richelde comitissa pronepos primi Evrardi, in provintia Tornacensi, sicut divinitus erat ordinatum, principatum gerebam, meque horum que scripsimus testem et fidejussorem habere monachi voluerunt. Rogatu ergo Anselli atque Gualteri, testis et obses constitutus, contra omnes calumpniam, injuriam aut violentiam inferentes, advocatum et defensorem, et in vitaque in morte me profiteor, in vita quidem verbo et facto, in morte vero fideli calamo et attramento. Ne ergo a filiis, successoribusque eorum qui hujus venditionis et elemosine auctores extiterunt, vel a quoquam hominum aliquam molestiam emptores aliquando sustineant,

hanc ipsam elemosinam, juxta responsum hominum in lege mundana prudentium legitime factam, ecclesie Sancti Martini, et fratribus in ea Deo servientibus, sine fine possidendam presentis carte testimonio confirmamus, quam domini ac venerabilis Tornacensis episcopi Giraldi, nostri quoque impressione sigilli munimus, atque idoneorum testium annotatione corroboramus.

S. Giraldi Tornacensis episcopi, S. Evrardi castellani, S. uxoris ejus domine Gertrudis, S. Balduini pueri, S. Anselli advocati, S. Gonteri, Hugonis, Thome, Gerulfi Tornacensium scabinorum. S. Ferani, Haveth, Lethberti filii Ferani, Gozuini de Orca, Mathei de Era, S. Gerulfi de Molinello, Alardi de Nemore, Johannis de Velven, Walteri de Wez. S. Radulfi de Haudiun, qui etiam Radulfus fidejussor horum que supra scripsimus extitit. S. Willelmi, Gylionis, Alardi fratrum de Froiana, S. Gerardi Caponis, S. Gerardi nummularii, S. Wicardi Barath.

Actum Tornaci, anno Verbi incarnati millesimo centesimo sexagesimo sexto.

Bruxelles, Archives générales du royaume; Cartulaire 119, f° 43b. — Copie du XIIIe siècle (1).

---

8. — Vers 1180.

Evrard Radol, châtelain de Tournai, restitue à l'abbaye de Saint-Amand le montant des droits qu'il a indûment perçus au péage de Maulde sur les gens de cette abbaye.

Ego Everardus Radols, Tornacensis castellanus, notum esse volo tam presentibus quam futuris, quod injuriam quam ecclesie Sancti Amandi feci, frequenter recognovi, nunc etiam recognosco scripti presentis auctoritate et sigilli mei appositione; sanctiens omnes exactiones winagii de Malda, quas post decessum patris mei, preter antiquam ipsius consuetudinem, injuste

(1) L'original de cette charte, scellé des deux sceaux de l'évêque et du châtelain de Tournai, pendants sur double queue de parchemin, en cire verte, se trouve à Mons, Archives de l'Etat, Fonds de Saint-Martin de Tournai, carton 51. Mais cet original, qui est orné d'un curieux encadrement à l'encre, est en mauvais état.

et violenter exegi ab his qui ducebant plaustra, bigas, vel pedes aut eques ibant, pro salute anime mee et parentum meorum, ad petitionem abbatis et fratrum prefate ecclesie penitus remitto. Quod ut certius sit, sigilli mei appositione confirmatum est, et eorum qui interfuerunt subscribi feci nomina.

S. Roberti abbatis de Castello, S. Richeldis filie mee, S. Stephani prepositi, et Hermanni, hominum meorum et predicte ecclesie, S. Willelmi de Corda, S. Oliveri clerici.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Saint-Amand, Cartulaire, t. I, f° xiii^{b}. — Copie du XIVe siècle.

---

9. — Vers 1180.

Evrard de Mortagne dit Radul, châtelain de Tournai, reconnaît n'avoir pas toujours rendu à l'abbaye de Saint-Amand l'hommage qu'il lui devait, et pour réparer le tort qu'il a ainsi fait, s'oblige à payer chaque année à l'abbaye deux sous, pour le cierge qu'il est tenu de porter à la fête de la translation du corps de saint Amand.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, ego Everardus de Mauritania, Dei permissione Tornacensis castellanus, cognomento Raduls, notum volo fieri tam presentibus quam futuris, quod licet, aut pre negligentia, aut pre multa temporalis ut assolet occupatione sollicitudinis, ecclesie Beati Amandi, cui hominium me debere profiteor, minus equo debitum hominii persolvissem, processu tamen temporis in eadem ecclesia, nonnullis monachorum astantibus, ante corpus sanctissimi confessoris, erratum meum confessus sum, et non solum hominium, sed et jus et debitum hominii, recognovi. Quapropter, a fratribus qui aderant absolutus a reatu quem circa hanc injuriam commiseram, plenariam de cetero spopondi emendationem, hanc scilicet quod singulis annis, in festivitate transitus sancti Amandi, ob comparationem candele quam eadem die ex debito hominii laturus sum, thesaurario ipsius ecclesie dabuntur duo solidi torn monete, jure perpetuo, de redditu Mauritanie, de transvectu scilicet commeatus aquarum quem vulgo *rabat* nominant; ita sane ut idem ipse qui redditum predictum recipiet

et duos solvet solidos, si presens non fuero, candelam meam deferet ipsa die.

Hoc igitur beneficium ecclesie jamdicte, pro salute anime mee et parentum meorum a me recognitum, ut sub anathematis sententia ratum permaneat, assensu Gertrudis uxoris mee, et Balduini filii mei, in testamentum perpetuum testatus sum et impressione sigilli mei confirmavi, hominumque meorum qui presentes fuerunt federavi testimonio; quorum nomina sunt hec : S. Gualteri castellani, S. Egidii de Guelesin, S. Theoderici de Pesc, S. Everardi de Perona, S. Alardi de Spelcin, S. Alardi de Borgella, S. Everardi de Felines, S. Gualteri de Sin, S. Oliveri clerici, S. Pagani de Lokeron, S. Johannis majoris; hii omnes pares sunt de Mauritania.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Saint-Amand, Cartulaire, t. II, f° xlix[a]. — Copie du XIV[e] siècle.

---

10. — 1180.

Evrard Radul, seigneur de Mortagne, confirme à l'abbaye du Château toutes les donations qui lui ont été faites par ses ancêtres et ses vassaux, et lui donne quatre bonniers de terre à Maufeubruère, en échange de quatre autres que l'abbaye lui avait cédés au Bruille.

In nomine sancte et individue trinitatis, ego Everardus cognomento Raduls, dominus de Mauritania, antecessorum meorum inherens vestigiis, qui pro remedio animarum suarum, ecclesiam de Castello Dei de beneficiis suis adeo extulerunt, ut abbatia fieret in qua, secundum ordinem Premonstrati, Deo gratum exhiberetur obsequium, quecumque eidem ecclesie a predecessoribus meis vel hominibus qui mei feodati vel censuales sunt, hactenus pro amore Dei sunt collata, auctoritate sigilli mei, annuente uxore mea Gertrude, et filio meo Balduino, confirmavi.

Preterea, quatuor bonerios terre qui mei juris erant juxta Malphebrueriam (1), eidem ecclesie concessi perpetuo possiden-

(1) Au dos de la charte, une main du XIV[e] siècle a écrit : « De terra que dicitur *Maufeubruère.* »

dos; eo tamen tenore quod, pro predictis quatuor boneriis, abbas, assensu capituli sui, alios quatuor bonerios quos contiguos ville mee de Bruille habebant, in concanbium michi concesserunt.

Elemosinam etiam Guvillelmi, filii Gerulfi de Locherum, que de dominio meo descendebat, duos scilicet bonerios terre et unum de prato, unum quoque hospitem apud Locherum, nichilominus eis concessi; necnon et campum quem eis dedit Walterus castellanus, sub censu unius denarii in festo sancti Johannis Baptiste persolvendi; terram quoque quam Walterus de Sin in elemosinam eis donavit.

Ut autem hoc ratum permaneat, presentem cartam auctoritate sigilli mei et testium subscriptione volui confirmari.

S. Nicholai capellani, S. Roberti sacerdotis, S. Nicholai clerici de Sin, S. Walteri castellani, S. Walteri de Sin, S. Stephani de Bernes, S. Egidii de Gulesin, S. Teoderici de Pesa, S. Pagani de Tuin, S. Johannis villici.

Actum anno Dominice incarnationis m° c° lxxx°.

S. Oliveri clerici.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

---

11. — 1181.

Evrard junior, dit Radou, ayant prescrit une enquête, sur la demande de ses hommes de fief pour le terrage, à l'effet de déterminer les terres soumises à ce droit au Bruille et au Château, publie les résultats de cette enquête.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen.

Ego Everardus junior, cognominatus Radous, requisitus ab hominibus mei de terragio feodatis, Nicholao de Alneto et Olivero clerico, villicum et scabinos de Bruile et de Castiel, et antiquiores et veriores ad hoc compuli, ut terras que terragium debent et ab antiquo solverunt, collustrarent et perquirerent, et ut in posterum sine contraditione solvatur, veraciter assignarent.

Ipsi vero, juramento et fide interposita, uniformiter condixerunt quod tota terra citra locum qui Murus dicitur debet terragium, excepta terra de Castellaria et terra Gualteri Nani; et extra Murum duo campi qui fuerunt Rabbodi et Mathei Lotaut debent terragium. Item terra Rabbodi et Guillelmi Nani quam conversi tenent debet terragium. Item terra Gualteri de Seing secus le Hotote debet terragium. Item tota terra Galteri de la Porte debet terragium. Item terra Assonis debet terragium. Item terra quam conversi tenent juxta le Tornice Buillon debet terragium. Item terra Ysaac quam conversi tenent apud Rollencampe debet terragium. Item media pars de Rollencamp debet terragium. Et apud Ultra Rit, omnes horti a pomerio Elizabet usque ad Chevrerue debent terragium. Item terra Hugonis Gunhart debet terragium. Item tota terra des Bons viers debet terragium, excepta terra Petri Aldent, et excepta terra Bonain, et exceptis j bonario Pagani et j bonario Elizabet, et excepto [j f]rustro terre Oliveri et j Balduini del Mur. Item Martines campus debet terragium. Item Hugonis sartus debet terragium. Item les Anglees debet terragium. Item Johannis sartus debet terragium. Item Gualdricus et participes ejus de Renardi sarto debent terragium. Item Hugonis sartus qui est Everardi Arietis debet terragium. Item Les Courbes debet terragium. Item [Are]ni sartus debet terragium. Item de Remenriu Stephanus et ejus participes debet terragium. Item apud Bruyle, Walon sars debet terragium. Item terra Gossiel et Belin as pomiers debet terragium. Item terra Petri de Pruvi debet terragium. Item fren teste Fèvre le Voi debet terragium. Item li sars Tywit debet terragium. Item terra Assechin debet terragium. Item tota terra intra Hunalt fosseit, excepta terra Guinomari, debet terragium. Item tota terra super les bonnes de Hortis et de Fèvre le Voi usque ad bonnes de Leytart sart debet terragium, exceptis les Bonviers et terra Wenemer. Item tota terra les Erchengiers usque as Fosseis debet terragium. Item Ewraud sars usque ad divisiones debet terragium. Item campus au Bu debet terragium. Item terra à l'Espine debet terragium. Item tota terra à l'Estochel debet terragium. Item tota terra de l'Estochel usque al sart à le Mole debet terragium desus les bonnes en aval. Item toz li frois sars debet terragium. Item toz li sars à le Mole debet terragium, excepto j bonario castellani. Item tota terra a via usque à Demening sart debet terragium.

Unus bonarius Marcheul apud Anfroitcamp non debet terragium. Item terra apud Aubert Ruez debet xxvij garbes. Item terra Nicholai Fotvache as pomiers debet terragium.

Hanc autem recognitionis assignationem, ut firma et inconvulsa futuris temporibus permaneat, ut nichil addi vel minui possit, quoniam labilis est mortalium memoria, scripto commendari, et sigillo muniri, et testium subscriptione roborari fecimus.

Signum domini Everardi Radoul, S. Gertrudis uxoris ejus, S. Roberti presbiteri, S. Gualteri castellani, S. Gualteri de Sein, S. Egidii de Golesin, S. Gerulfi Lotreel, S. Thome scabinorum. Item S. Petri del Grocourt, Marchelli, Waldrici, Michaelis, Petri del Forest scabinorum. Item S. Johannis majoris, Petri [Al]dent, Hermanni Walart, Everardi l'Escohier et Gilleni filii ejus. Item S. Lamberti de Castiel.

Actum anno ab incarnatione Domini m° c° lxxx° j°.

Lille, Archives du Nord ; Fonds de Château l'Abbaye. — Original sur parchemin, scellé sur lacs de soie rouge en cire brune.

---

12. — Après 1181.

Evrard Radol promet de laisser l'abbaye de Saint-Amand jouir en paix, désormais, des revenus que le châtelain Evrard son père avait donnés à cette abbaye à Watou.

Ego Everardus Radol, omnibus ad quos hoc scriptum pervenerit, salutem.

Noverit universitas vestra, quod cum pater meus Everardus, me presente, et uxore mea Gertrude annuente, universos redditus bracii quos utpote proprios habebat apud Wathuve, pro salute anime sue, in elemosinam dedisset monasterio Beati Amandi in Pabula, ego, peccatis meis exigentibus, predictum monasterium per multos annos prefata spoliavi elemosina. Quamobrem gravem divine bonitatis offensam metuens, in manu domini Eustacii abbatis Sancti Amandi recognoscens injuriam meam, predictam elemosinam resignavi, et super ejusmodi inquietatione jamdicto abbati et fratribus ejus, necnon et successoribus eorum, perpetuam pacem coram testibus subscriptis

in animam meam promisi. Et ut elemosina, per manum patris mei assensu meo facta, deinceps firma permaneat ad futurorum noticiam, huic scripto sigillum meum apposui.

S. Everardi Tornacensis episcopi, S. Arnulphi decani, S. Theoderici Condatensis decani, S. magistri Gilleberti, S. Everardi de Vinea, Nicholai de Tumaides, Nicolai de Alneto, Galteri de Duns, Theoderici de Anveng, Iwani fratris ejus, Nicholai de Mainwaut, Gerardi de Hamaide, Nicholai de Anveng.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Saint-Amand, Cartulaire, t. 2, f° 97ª. — Copie du XIVe siècle.

---

13. — 1184.

Evrard de Mortagne, dit Radou, à l'exemple de son père, concède à l'abbaye d'Hasnon le droit de transporter librement dans ses domaines, toutes choses nécessaires aux moines de cette abbaye.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen.

Ego Everardus de Mauritania, cognomento Radous, concessi fratribus Hasnoniensis ecclesie, sicut et pater meus antea concesserat, pro anima ejusdem patris mei, et matris mee, et omnium antecessorum meorum, quod prefata ecclesia, substantiam et victualia fratrum, libere et sine omni wionagio, per omnem mee potestatis locum, possint deinceps adducere. Et ut hoc ratum atque firmum maneat imperpetuum, sigilli mei auctoritate roboravi. Si quis vero hoc scriptum infringere temptaverit, iram Dei omnipotentis et omnium sanctorum ejus incurrat, et anathematis vinculo innodetur.

Actum anno Verbi incarnati millesimo c° lxxx° iiij°.

Douai, Bibliothèque communale; Manuscrit 1342, f° lxvijª. — Copie du XVe siècle (1).

(1) Il y a une autre copie de cette charte à Bruxelles, Archives générales du royaume; Cartulaire 95ª, f° cxxxvᵇ. — Copie du XIVe siècle, qui donne par erreur à la charte la date de 1284.



14. — 1189.

Evrard dit Radol, châtelain de Tournai, concède aux moines de Bohéries le libre transit dans ses domaines, pour toutes choses appartenant à leur abbaye.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen.

Notum sit tam futuris quam presentibus, quoniam ego Everardus Radols dictus, Tornacensis castellanus, fratribus in ecclesia de Boheries Deo militantibus, hanc indulgentiam devote concessi, ut universe res que de predicta ecclesia sunt vel erunt, in omni terra ac potestate mea, liberum et omnis exactionis immunem habeant transitum, ut exinde tam ego quam antecessores mei orationum et beneficiorum predicte domus participes atque consortes efficiamur. Et ut de presenti libertate, sibi a nobis concessa, plenius ac perfectius in perpetuum gaudeant, presentem paginam sigilli mei appensione munivi, et nomina testium qui elemosine isti presentes affuerunt, ut diligenter annotarentur, attentius curavi.

S. Everardi Radol, S. Egidii de Steinvort, S. Syceri castellani Gandavensis, S. Everardi de Vinea, S. Reneri de Husdine, S. Rogeri de Steimbeche.

Datum anno incarnationis Domini m° c° lxxxviiij°.

Paris, Bibliothèque nationale; Manusc. nouv. acq. lat. 2309, pièce 21. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

---

15. — 1189.

Evrard, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, donne à l'abbaye du Château la pleine propriété des champs qu'elle cultive, et lui fait remise de la moitié à lui due des produits de cette culture, sous condition que les moines de l'abbaye prieront pour lui et célébreront son anniversaire.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, ego Everardus Rad., castellanus Tornacensis et dominus Mortanie, presentibus et futuris in perpetuum.

Quoniam, divina testante pagina, elemosina extinguit pecca-

tum, et animam a morte liberat; ut sorti justorum in fine aggregari merear, pro anime mee ac meorum omnium remedio, concessi fratribus ecclesie de Castello Dei culturas quas actenus excoluerunt, et fructuum exinde provenientium medietatem mihi solvere solebant, ut amodo, omni reclamatione sopita, libere sibi habeant, nec aliquid amplius, mihi vel meis successoribus, nisi orationum suffragia et beneficiorum suorum omnium participationem, rependant.

Inde est quod, in testimonio et confirmatione hujus elemosine, ab eisdem fratribus mihi concessum est ut, omni die quo cantari poterit missa in honore beate Marie, ab eis celebrabitur, et quotiens in conventu hore, ipsius regulari consuetudine, intermittentur, a duobus adminus fratribus coram altari ubi ejus servitium frequentatur, plenarie persolventur, quatinus et mihi et meis omnibus, pia mater Christi in presenti et in futuro auxiliatrix esse dignetur.

Ut vero m[ea] memoria, seu Richeldis, filie mee, que hujus doni hortatrix et cooperatrix permaxime fore dinoscitur, mentibus eorum artius imprimatur, quesivi, et ab abbate ac fratribus concessum est, ut post decessum meum, dies obitus mei scribatur, et annuatim in anniversario meo cum vigiliis et plenaria commendatione so[llem]pniter celebrato, vino et piscibus sufficienter con[vent]us reficiatur.

Si [quis a]utem hanc convenientiam negligenter infregerit et ammonitus corrigere contempserit, ex parte abbatis et totius capituli senten[tiam] anathematis subjacebit, quousque penitendo satisfecerit. Hoc ut ratum et firmum sit, sigillo m[eo et] sigillo Richeldis filie mee, necnon et idoneorum testium adnotatione, presens scriptum roborari feci.

S. Eustachii abbatis Sancti Amandi, S. Arnulfi abbatis Viconie, S. Joscelini prioris Viconie, S. Johannis thesaurarii, [S.] Radulfi, Teoderici monachorum Sancti Amandi, S. Oliveri canonici Tornacensis, S. Willelmi de Corda, S. Hermanni de Tuns, S. Assonis del Pontoit, S. Walteri de Duns.

Illud etiam volo presenti cartula confirmari, quod aquam eis vicinam quam, tempore patris mei, ipsius dono, liberam tenuerant, quantum pratum Sancti Martini secus ripam ipsius alvei durat, eisdem suggerentibus, denuo eis recognovi; et statui ut nullus infra scriptum terminum piscari vel ingenium ponere, absque eorum voluntario consensu, amodo presumat.

Actum anno Domini m° c° lxxx° ix°.

Inde sunt testes : Willelmus de Corda, Hermannus de Tuns, Joscelinus prior Viconie, Richeldis, filia mea, domina de Aldenarda.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

---

16. — Vers 1189.

Evrard, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, donne à l'abbaye du Château une rente annuelle à Kalvekete, et rappelle diverses autres donations qu'il lui a faites.

In nomine sancte et individue trinitatis, ego [Everardus Radols, castellanus Tornacensis et dominus Mauritanensis, presentibus et futuris notum fieri volo, quod pro anime mee [remedio] ac meorum omnium tam precessorum quam successorum, necnon et pro salute Philippi, nobilis Flandrensium comitis, concessi ecclesie Sancti Martini de Castello a progenitoribus meis constructe, redditum xxx[a] iij[a] librarum annuatim apud [Calve]keite percipiendum, et in perpetuum, omni sopita reclamatione, possidendum. Addidi etiam pretaxate elemosine culturas eis vicinas, et partem mediam frugum quam ab eis recipere solebam ex toto eis relaxavi. Et ne ab aliquo infringeretur [quod] intuitu superne remunerationis factum est, per ramum et cespitem altari sancti Nicholai offerendo eis concessi, et sigilli mei appensione et testium approbatione confirmavi.

S. Arnulfi abbatis Viconie, S. Herberti abbatis de Castello, S. Danielis sacerdotis, S. Hugonis sacerdotis, S. Arnulfi sacerdotis, S. Hermanni de Tuns, S. Walteri de Duns, S. Raineri de Armentières, S. Alulfi camerarii, S. Waldrici, S. Roberti, Anselmi, Willelmi scabinorum.

Preterea recognovi [eis libertatem] piscationis aque, quam tempore antecessorum meorum tenuerunt, et statui ne aliquis piscari vel ingenium ponere, nisi eo[rum assens]u, presumat in aqua que affinis est et conjuncta prato sancti Marni (*sic*) (1).

(1) Les passages restitués entre [ ], l'ont été d'après une copie faite au

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original paraissant avoir jadis été scellé de deux sceaux pendants sur double queue de parchemin.

---

17. — 30 Avril 1190.

Baudouin de Mortagne confirme aux moines de Saint-Amand la rente à Watou qui leur avait été donnée par son grand'père, et garantie par son père.

In nomine sancte trinitatis, ego Balduinus de Mauritania, presenti scripto notum facio tam presentibus quam futuris, quod ego elemosinam redditus quinquaginta duorum hues braisie qui est apud Watewe, ab avo meo Everardo collatam ecclesie Sancti Amandi, et a patre meo Everardo scripto et sigillo confirmatam, assensu Heldiardis uxoris mee recognovi, et in cespite et ramo super altare Sancti Amandi obtuli, presente domno Petro venerabili Attrebatensi episcopo, et multis aliis presentibus. Hanc igitur elemosinam ut a prefata ecclesia ad usus coquine fratrum in perpetuum sine calumnia possideatur, scripto munivi et sigilli mei appositione confirmavi, et quorumdam qui presentes fuerunt subscribi feci nomina

S. domni Petri Attrebatensis episcopi, S. Stephani prepositi de Sancto Amando, Hermanni de Tuns, Assonis de Pontoit, Gualteri de Pontoit, Arnulphi de Latoloco, Rihardi filii Galteri Malclerc, Nicholai de Rungi.

Acta est recognitio anno Domini m° c° xc°, ij° kalendas maii.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Saint-Amand, Cartulaire, t. II, f° 97ª. — Copie du XIVe siècle.

siècle dernier par D. Queinsert, et conservée aujourd'hui, comme l'original, à Lille. Une autre copie semblable, du même D. Queinsert, se trouve à Paris, Bibliothèque nationale; Collection Moreau, t. 274 f° 33.

---

18. — 1191.

Baudouin, seigneur de Mortagne, confirme et garantit aux moines du Château, la vente qui leur a été faite par Hugues de Kein, du tiers de la dîme de la paroisse de Mortagne.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, ego Balduinus, dominus Mauritanie, notum fieri volo presentibus et futuris, quod Hugo de Kein, iter Jherosolimitanum aggressurus, sed nimia paupertatis necessitate constrictus, vendidit fratribus ecclesie Sancti Martini de Castello terciam partem decime parrochie Mauritaniensis, et cum conditione ut beneficiorum et orationum suarum particeps fieri mereretur, super altare tam ipse quam uxor sua per ramum et cespitem obtulit in elemosinam, et de precio partem relaxavit. De herede autem suo, adhuc infantulo trium scilicet ut dicebatur mensium, cum fuisset facta mentio, promisit uterque et juramento firmavit, quod cum annos discretionis intraverit, omnimodis se agere ut huic venditioni seu elemosine consentaneus sit. Huic facto seu promisso interfuerunt Hermannus de Tuns, Johannes major, Matheus, Walterus, Nicholaus et alii parrochiani ejusdem loci.

Hoc ut ratum fieri posset, prefatus Hugo me adiit, et presentibus liberalibus viris et hominibus meis, ipsam decimam quam in feodum de Ingelrando de Guelezin vel ejus progenitoribus hereditarie hactenus tenuerat, ipsi reddidit, presentibus ejusdem Ingelrandi hominibus, Assone videlicet del Pontoit, Waltero Malclerc ex parte Rihardi filii sui, Goscello de Heriniis. Ingelrandus vero, pro eo quod de me descendebat, mihi resignavit. Quo facto, et judicio tam meorum quam suorum hominum, utroque eorum ab ipso feodi jure penitus abjudicato, ego, annuente domina Heldiarde uxore mea, dedi eam fratribus prefate ecclesie a progenitoribus meis constructe, jure perpetuo possidendam. Porro ne in posterum ex parte heredum aliqua discordie scintilla adversus ecclesiam succendatur, prefatus Ingelrandus se et suos pacem tenere promisit, et ut de promissis audientes certificaret, super omnia que de me tenet sub hac sponsione mihi se obligavit. Hugo vero juramentum pro filio infra annos constituto jampridem factum coram me renovavit; et insuper, suggerentibus sapientibus viris qui presentes

aderant, cc$_{as}$ marcas super ipsam decimam ecclesie concessit, de quibus ei respondere ad placitum debebit quicumque hoc donum calumpniare presumpserit. Super his dictis seu promissis uterque eorum me obsidem et fidejussorem esse petiit et concessi; necnon et quicumque heres post me surrexerit hac in parte pro ecclesia, adversus omnes pacis perturbatores stare debebit. Pertinent etiam ad hunc feodum, quod utique non est pretereundum, novem rasere annone apud grangiam de Felinis et tres apud molendinum de Verna annuatim a jamdictis fratribus recipiende. Quod ut firmum et stabile possit consistere, presens scriptum sigilli mei impressione et idoneorum testium subnotatione roborari feci.

Testes qui interfuerunt huic facto hii sunt : [Bernardus] de Rosbais, Matheus de Hera, Ernaldus de Armentières, Hugo d'Espinoit, Hermannus de Tuns, [Walterus] de Vinea, Rogerus de Engelos, Asso del Pontoit, Walterus Malsclers, Gossellus de Heriniis, Johannes [major] de Castello, Teodericus de Heilemes, Balduinus de Felinis, Gonterus de Moussin, et scabini ac potestas de Mauritania.

Actum anno Domini m° c° lxxx° j°.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original scellé sur double queue de parchemin, en cire rouge.

---

19. — Tournai 1191.

Baudouin, seigneur de Mortagne, fait remise aux moines de Saint-Martin de Tournai, des droits qu'ils lui devaient pour le charroi, à travers ses domaines, des choses destinées aux usages de leur abbaye.

In nomine sancte et individue trinitatis, amen.

Notum sit tam presentibus quam futuris, quod ego Balduinus, dictus Tornacensis et Mortanie dominus, fratribus Sancti Martini Tornacensis, wiennagium quod pro transverso in omni terra nostra a nobis accipitur, de his que ad usus ecclesie sue conduxerint, assensu uxoris mee Heldiardis, pro salute nostra et antecessorum nostrorum, in perpetuum remittimus. Ne autem futuris temporibus, super hac nostre largitionis elemosina, pre-

fata ecclesia aliquam calumniam incurrat, modernis atque venturis in testimonium predicte elemosine presentis cartule litteras destinamus, quam sigilli nostri impressione munientes, fideliter confirmamus.

Actum Tornaci, anno Verbi incarnati m° c° xc° j°.

Mons, Archives de l'Etat; Fonds de Saint-Martin de Tournai, carton 46. — Original scellé sur double queue de parchemin, en cire verte.

---

20. — Vers 1192.

Baudouin, seigneur de Mortagne, d'accord avec sa femme Heldiarde et leur fils Radul, donne aux moines du Château toute la partie du cours de la Scarpe contenue entre les deux écluses voisines de leur église, en considération de ce que, par leurs travaux, ils avaient rendu cette partie de la rivière d'un accès facile aux bâteliers.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen. Ego Balduinus, dominus Mauritanie, et sponsa mea Heldiardis, cum filio nostro Radul, universis ad quos presens pagina pervenerit in perpetuum.

Quoniam ex temporum successione, oblivio ex oblivione autem procreatur, ignorantia iccirco, que nostris geruntur temporibus, eternari solent litterarum memoria. Igitur tam presentibus quam futuris notum facimus, quod ego B. de Moretania, et uxor mea H., filiusque noster R., pro antecessorum nostrorum salute, et pro animarum nostrarum juvamine, ecclesie Dei de Castello, aquam que inter duas sclusas prope ecclesiam sitas continetur, benigniter atque spontanee concessimus, hac consideratione inducti, navigantes enim qui prius cum difficultate et gravibus impensis per supradictam aquam utpote vadosam vix transibant, cursu aque mutato, fossatis sumptibus ecclesie factis per pratum Sancti Martini, liberiori transitu et commodiori transmearent. Ut autem ab hac donatione sollempniter celebrata, omnis eliminetur controversia, presentem paginam sigylli nostri munimine corroborari decrevimus sub testium subscriptorum astipulatione.

S. domini Mathei de Here, S. domini Hermandi, S. domini

Walteri Malderc et filii ejus Rihart, S. Rabodi, S. Arnulphi deu Léliu militum, S. Johannis majoris, S. Gisleni clerici, et Theodorici cognati ejus, S. Alulphi cambellani, S. Willelmi senescalci ministrorum, S. Roberti mercennarii, S. Henrici de Tabarie, S. Willelmi Sokélin scabinorum.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original scellé sur double queue de parchemin, en cire rouge.

---

21. — 1192.

Baudouin, seigneur de Mortagne, confirme aux moines du Château la libre jouissance de l'endroit où est édifiée leur abbaye avec son église, ainsi que des terres qui en dépendent, de quelque bienfaiteur qu'ils les tiennent

In nomine Domini, amen. Ego Baldeuinus, Domino Dominorum permittente, Mauritanie dominus, tam futuris quam presentibus inperpetuum.

Si religiosorum congregationi temporalia seminamus, de benedictionibus eorum in vita eterna metere speramus. Eapropter, abbati R., et fratribus quibus preest, Deo servientibus, eorumque successoribus, libere et perpetuo possidendoum *(sic)*, assensu uxoris mee Held[iardis], concessi locum ipsum in quo abbatia sita est, videlicet ecclesiam Beati Martini de Castello, et culturas, cum ceteris appenditiis suis, et quicquid ab antecessoribus meis seu etiam ab aliis benefactoribus inpresentiarum possident. Ut autem hec largitio et concessio firma et stabilis permaneat, sigilli mei impressione eam confirmavi, et legitimorum testium subscriptione roboravi.

S. domine Heldiardis, S. Mathei de Here et Egidii filii sui, S. Hermanni de Tuns, S. Walteri Malclerc, S. Robodi de Armentières, S. Rogeri de Englos, S. Wilelmi Portigal, militum, S. Johannis et Anselmi, villicorum, S. Alulfi senescalci, S. scabinorum : Roberti mercennarii, Nicholai medici, S. Lescaseiz de Sin, Nicholai, Gosuini, Egidii et aliorum multorum.

Actum anno Domini m° c° xc° ij°.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

22. — Vers 1193.

Baudouin, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournai, confirme les donations de rentes annuelles faites à l'abbaye du Château par Siger Travers et Watier Monueauve.

Ego Baldeuinus, dominus Mauritanie et Tornacensis castellanus, asscensu uxoris mee domine Heldiardis, et filii mei Evrardi primogeniti, concessi elemosinam ecclesie Beati Martini quam Sigerus Travers contulit pro salute anime sue et antecessorum suorum, filio suo Johanne annuente, in perpetuum possidendam; videlicet : x solidos et ij capones pro mansura quam legaliter a quodam vicino suo nomine Gerulfo Picherete, secundum morem Castelli, acquisierat, ad Natale Domini solvendos inperpetuum. Similiter et alios iiij solidos, quos pro alia mansura Walterus Monueauve, et legalis heres ejus, ecclesie Beati Martini de Castello singulis annis ad Natale Domini solvet inperpetuum.

Ut autem iste elemosine rate habeantur, et ne ulla maligna sucgestione, aut pretereuntis temporis oblivione ab ecclesia subtrahantur, presens scriptum prefate ecclesie contuli, et appentione sigilli mei roboravi.

S. Hermanni de Tuns, S. Walteri castellani, S. Radulphi Brugensis, S. Robodonis de Armentières, militum, S. Johannis majoris, S. Teoderici, S. Johannis de Castello, parium, S. Willelmi Sockelin, S. Arnulphi de Calcea, S. Henrici Tababarie *(sic)*, S. Nicholai medici, scabinorum, S. Gilleni clerici, S. Robodonis vinitoris, S. Egidii vinitoris; et alii multi parrochiani huic annitioni interfuerunt.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

---

23. — 1193.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, abandonne aux moines de Vicoigne tous les droits qu'il peut avoir sur la portion de la forêt sise entre les champs de Susemont et la chaussée Brunehaut. Il leur concède en outre le droit de faire paître leurs bes-

tiaux sur ses terres, et exempte leurs chars de tout péage dans ses domaines.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen.

Ego Balduinus, Tornacensis castellanus et dominus Mauritanie, presenti pagina omnibus quibus scire competit, notifico quod ecclesie Viconiensi, pro salute anime mee et antecessorum meorum, illud modicum nemoris quod situm est inter antiquam calciatam et campos de Susemont, seu juste seu injuste homines mei juris mei hoc esse dixerint, quitum et absolutum, assensu uxoris mee remisi, et libere possidendum perpetuo concessi. Interea credens quod in futura vita nichil metatur nisi quod in presenti seminatur, aisentias et pasturas terre mee jamdicte ecclesie, ad usus animalium suorum, in elemosinam tradidi, et vecturas eorum, per omnes transitus meos euntes et redeuntes, ab omni winagio et custumia, sicut et tempore antecessorum meorum fuerant, liberas esse decrevi. Ne igitur vi aut dolo aut temporis senio, quocumque modo, cartula nostre institutionis infringatur aut a memoria hominum oblivione eradatur, hanc sigylli mei appensione et testabilium personarum subscriptione insigniri et confirmare feci.

Signum Radulfi abbatis de Castello, S. Giselberti et Sigeri sacerdotum, S. domine Hildiardis, S. Mathei de Eire, S. Gerardi de Mulsin, S. Hermanni de Tuns, S. Arnulfi de Léliu, S. Rihardi, S. Rabo'li, S. Alardi de Espelchin, Signum Assonis de Pontoit, S. Rogeri de Englos, S. Gisleni clerici, Signum Arnulfi camerarii.

Actum anno gratie m° c° lxxxx° tercio (1).

Lille. Archives du Nord; Fonds de Vicoigne, Cartulaire 143², f° 72ᵇ. — Copie du XIVᵉ siècle.

---

24. — 1193.

Baudouin, seigneur de Mortagne, donne à l'abbaye du Château un demi bonnier de terre à l'Aubespine, que Thierry le clerc d'Hellemmes, Gertrude sa femme et la dame Sara de Péronne tenaient de lui

(1) Cette date est fournie par le Cartulaire de Vicoigne 143³, pièce xi, des Archives du Nord ; dans le Cartulaire 143², la charte est attribuée à l'an 1192.

en fief, et dont ils lui avaient fait remise pour être donné à ladite abbaye.

Quoniam virorum bonorum pie tracta, pravorum plerumque livore distrauntur et denigrantur; eapropter, ego Baldeuinus, dominus Mauritanie, vestigiis predestinatorum cupiens inherere, pro remedio anime mee et parentum meorum, scripti memorie commendari precepi quod Theodericus clericus de Hellemmes, et uxor sua Gertrudis, si uxor dici potest, fide data et a nemine coacta, et domina Sara de Pérone, reddiderunt in manu mea dimidium bonerium terre à l'Aubespine, quam terram de dominio feodi mei tenebant, ut eam elemosine pio munere redderem et donarem ecclesie Beati Martini de Castello, eterno jure absolute possidendam. Cui donationi Johannes villicus assensum prebuit. Ut autem hec elemosina jugiter teneatur inconcussa, sigilli mei munimine hanc cartulam, cum astipulatione subscriptorum nobilium virorum signari precepi.

Hoc autem factum est anno ab incarnatione Domini m. c. xciij.

S. domini Gossuini de Busies, S. domini Mathei de Ere, S. domini Hermanni de Tuns, S. domini Walteri de Dons, S. Nicholai de Rongi, S. domini Aumandi de Biamés castellani, S. Gilleni clerici, S. Alulfi camberlani, S. Walteri Maldech de Foriest, S. Rumaldi, S. Johannis de Castello.

Paris, Bibliothèque nationale; Collection Moreau, t. 95, fo 67. — Copie faite en novembre 1772 par dom Queinsert, d'après un cartulaire de l'abbaye du Château dont le lieu actuel de gisement est inconnu (1).

(1) Voici la description donnée par dom Queinsert de ce cartulaire, dont la perte est si regrettable. Dans le tome 274 de la Collection Moreau, au folio 37, après avoir transcrit la charte qu'on trouvera ci-après sous le nº 26, le savant bénédictin dit l'avoir copiée d'après « le cartulaire de l'abbaye de Saint-Martin du Château, ordre de Prémontré, diocèse d'Arras, contenant 38 feuillets en beau parchemin, large de 7 poulces moins une ligne chaque feuille, sur onze poulces et demi de hauteur. » Et il ajoute qu'en novembre 1772, ce cartulaire se trouvait au quartier de l'abbé du Château.

25. — Vers 1193.

Baudouin, seigneur de Mortagne, donne à cens à l'abbaye du Château deux bonniers de terre qui descendent de lui, mais qu'Elisabeth, femme de Rumaud, tient en fief du maire d'Hollain. En outre, il décide que cette abbaye peut prendre chaque année les douze rasières de seigle auxquelles elle a droit dans la grange de Flines et au moulin de Verne, sans être tenue de prévenir la dame Bilehaud et ses fils.

Quoniam que pietatis zelo et caritatis dono pie contrahuntur, temporum successione, perversorum molestia, plerumque denigrantur; eapropter, ego Balduinus, Dei gratia Mauritanie dominus, scripti memorie commendari precepi, quod Elisabeth, uxor Rumaldi, pro remedio anime sue, reddidit duos bonerios terre Balduino villico de Hollen, quos ipsa ab eo in feodo possidebat. Et idem Balduinus eosdem bonerios mihi, quoniam de dominio meo descendebant, reddidit; quos ecclesie Beati Martini possidendos perpetuo sub censu viij^{to} denariorum singulis annis solvendorum tradidi. Quos denarios dicta ecclesia singulis annis retinebit pro octo denariis quos prefata Elisabeth debet ecclesie dicte pro terra del Masice as Melliers.

Preterea, noscant tam futuri quam presentes, quod controversia orta est inter dictam ecclesiam et dominam Bilehaud et filios ejus, dicentes sepedictam ecclesiam non accepturam, nisi prius monita vel filii ejus fuerint, novem rasieres de siligine quas habet in horreo de decimis de Flines, singulis annis in perpetuum, et tres rasieres similiter in molendino de Vierne. Cui submonitioni ecclesia contradicit. Quod, me presente, et uxore mea domina Heldiardi, concedente utraque parte cause, liberis hominibus meis appositum est pro jure dicentibus, quod sepedicta ecclesia pro voluntate sua, sicut ceteri participes ejusdem decime, acceptura est sine alicujus submonitione vel contradictione, singulis annis in perpetuum.

Ut autem suprascripta firma et inconcussa permaneant, sigilli mei munimine et subscriptorum testium astipulatione confirmari feci.

Signum domini Balduini principis Mauritanie, S. domine Heldiardis uxoris ejus, S. domini Mathei de Ere, S. domini Hermanni de Thuns, S. Walteri Mauclerke, S. Balduini villici

de Holaing, S. Rihardi, S. Robodi de Sin, S. Johannis majoris, S. Balduini de Felines, S. Johannis de Castiel, S. Gilleni clerici, S. Amandi castellani, S. Alulphi camberlani, et multorum parrochialium.

Paris, Bibliothèque nationale; Collection Moreau, t. 68, fo 21. — Copie faite en novembre 1772 par D. Queinsert, d'après un cartulaire de Château l'Abbaye dont le lieu actuel de gisement est inconnu.

---

26. — Vers 1195.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, approuve le don fait à l'abbaye du Château par Evrard Rihart et Marie sa femme, d'une partie de la rente annuelle qui leur était due par cette abbaye, et qu'ils tenaient en fief du seigneur de Mortagne.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen.

Ego Balduinus, Tornacensis castellanus et Moritanie dominus, notum facio cunctis fidelibus tam futuris quam presentibus, quod Evrardus cognomento Rihars, et Maria uxor ejus, me presente et annuente, concesserunt ecclesie Beati Martini de Castello, et fratribus ibidem Deo servientibus, in elemosinam, redditum unius raserie avene et unum caponem in perpetuum possidendum, que de me in feodum tenentes, singulis annis, a prefatis fratribus ad Natale Domini recipere solebant. Ut autem hec elemosina rata et inconvulsa permaneat, presens scriptum, fidelium ac liberalium hominum testimonio cum appentione sigilli mei roboratum, prefate ecclesie contuli.

S. domini Mathei de Ere, S. domini Joannis Bliaut, S. domini Ermanni de Tuns, S. domini Robonis de Armentières, S. Joannis de le Boutellerie, S. Egidii de Ere, S. Gisleni clerici, S. Alulfi camberlani, S. Willelmi Sokelin, S. Theoderici de Hellemes, S. Joannis de Castello.

Paris, Bibliothèque nationale; Collection Moreau, t. 95, fo 68b. — Copie du XVIIIe siècle « ex Cartulario monasterii de Castello, no 68. »

27. — 1195.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, approuve le rachat fait par l'abbaye du Château de la rente annuelle qu'elle devait à Evrard Rihart et à Marie sa femme, et qui était tenue en fief du seigneur de Mortagne.

In nomine sancte et individue trinitatis, ego Baldeuinus, Tornacensis castellanus et Mortagnie dominus, notum facio cunctis fidelibus, quod Evrardus cognomento Rihars, et Maria uxor ejus, vendiderunt fratribus ecclesie Beati Martini de Castello redditum suum trium raserarum avene, et totidem caponum, et duodecim nummorum quem de me tenebant in feodum, me presente et annuente, usque ad terminum quindecim annorum; quem videlicet redditum ab ipsis fratribus singulis annis ad Natale Domini recipere consueverant. Et sciendum quod ipsi fratres, ipsi Evrardo et uxori ejus, iiij raseras et totidem capones solvere solebant; sed una rasera et unus capo, a sepedicto Evrardo et uxore ejus, prefatis fratribus, sicut in alio scripto continetur, in elemosinam in perpetuum possidendam sunt concessi. Ut autem hec venditio nullo modo violetur, presens scriptum prefate ecclesie a me datum, subscriptorum virorum testimonio, cum appensione sigilli mei roboravi.

Hoc autem est ab incarnatione Domini anno millesimo centesimo lxxxx° v°.

S. Domini Mathei de Ere, S. domini Egidii de Ere, S. domini Hermanni de Tuns, S. domini Robodonis de Armentières, S. Johannis de le Boutellerie, S. Gilleni clerici, S. Theoderici de Hielemes, S. Johannis majoris, S. Johannis de Castello, S. Willelmi de Sokelin, S. Evrardi Sokelin.

Paris, Bibliothèque nationale; Collection Moreau, t. 96, f° 220. — Copie de 1772, d'après un cartulaire de Château l'Abbaye dont le lieu actuel de gisement est inconnu.

---

28. — 1196.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, approuve la donation, faite par Rumaud de Correl et sa femme Elisabeth à l'abbaye du Château, d'un tiers de la dîme de la paroisse Saint-Martin du Château.

In nomine sancte et individue trinitatis. Quoniam labilis est hominum memoria, necessarium est scripto commendari ea que volumus ad posterorum noticiam conservari.

Igitur, ego Balduinus, Tornacensis castellanus et Mauritanie dominus, notum esse volo tam futuris quam presentibus, quod Rumaldus de Correl, et Elizabet uxor ejus, dederunt ecclesie Beati Martini de Castello terciam partem decime que continetur in parrochia ecclesie Beati Martini et in ejus appendiciis. Sic ergo in hoc negocio processum est : predicti Rumaldus st Elizabet hanc decimam tenebant de domino Balduino, villico de Holeng, quam ei reddiderunt. Ipse vero Balduinus eam de me tenebat, et michi similiter eam reddidit. Ego vero nichilhominus eandem decimam per ramum et cespitem ecclesie Beati Martini de Castello, assensu uxoris mee Heldiardis, in perpetuum possidendam in elemosinam concessi. Et hec eadem elemosina iterum recognita et approbata est a predicta Elizabeht, que, loco viri sui, qui tunc infirmabatur, dominum Matheum de Ere pro advocato assumpsit. Ut autem hec elemosina tam celebriter facta firma maneret et inconcussa, prefatum scriptum fieri precepi, et sigilli mei appensione cum subscriptis testibus roboravi.

Signum Mathei de Ere, S. Robodonis de Armentières, S. Balduini majoris de Holeng, S. Johannis villici, S. Walteri castellani, S. Alulfi camberlani, S. Johannis de Castiel, S. Hugonis de Lokeron, S. Stephani Pelliparii, S. Ernoldi Verbosi.

Actum anno Verbi incarnati millesimo centesimo nonagesimo sexto.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

29. — 1197.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, termine le différend qui s'était élevé entre Guillaume de Bourghelles et l'abbaye du Château, à l'occasion des terres que le père de Guillaume avait données à cultiver à cette abbaye.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen.

Ego Baldeuinus, Tornacensis castellanus et Moritanie dominus, notum facio cunctis fidelibus, tam futuris quam presentibus, controversiam fuisse ortam inter ecclesiam Beati Martini de Castello et Wilelmum de Borgielle, filium Galteri Nani, quorumdam suggestione maligna et fraudulenta, de terra quam Galterus Nanus, pater prefati Wilelmi, contulerat in elemosinam predicte ecclesie Beati Martini de Castello, perpetuo jure excolendam, tali conditione quod a predicto Galtero vel erede ejus, medietas seminis memorate terre sufficientis, de hiemali infra festum sancti Remigii, et de martiali infra Pascha, singulis annis predicte ecclesie solveretur, et medietas fructuum veiculo jam dicte ecclesie inter duos pontes Moritanie duceretur. Defuncto autem jamdicto Galtero Nano, post multorum annorum curricula, jam sepe memoratus Wilelmus, eres terre illius, semen cum terra negavit; unde contigit ut pars utraque coram me et hominibus meis a me sepe est citata; eo quod terra esset de feodo et dignitate mea.

Deo vero operante, qui subito operatur gloriose, et sapientum virorum consilio mediante, coram me et multis hominibus meis, assensu partis utriusque, hec controversia in hunc modum est sedata : Wilelmus igitur eres terre illius, assensu meo, et domine Heldiardis uxoris mee, et cognatorum suorum, domini videlicet Gonteri Bossart, et domini Gilleberti de Borghiele, dedit unum bonerium de predicta terra ecclesie sepedicte Beati Martini, proximum pomerio illius loci, in elemosinam in perpetuum possidendam, et sub censu XII denariorum in festo sancti Remii singulis annis solvendorum, qui si in prefixa die soluti non fuerint, in posterum sine danno ecclesie solvi poterunt. Fratres vero jam sepe revolupte ecclesie reliquam terram totam in perpetuum excolent, et totam de suo semine congruenter seminabunt, et medietatem fructuum apud Moritaniam inter

duos pontes Wilelmo, sive heredi ejus, proprio veiculo conportabunt. Ut autem omnis causa discordie elidatur, et de cetero firmior inter eos concordia nutriatur, ego Baldeuinus hoc scriptum fieri precepi, et ecclesie contuli, et appentione sigilli mei cum subscriptis testibus roboravi.

S. domini Galteri habatis (*sic*) ecclesie Sancti Amandi, S. domini Mathei de Ere, S. Hermanni de Tuns, S. Gonteri Bossart, S. Gisleberti fratris ejus, S. Robodonis de Armentières, S. Aumandi de Haspre, S. Aumandi de Biaumès, S. Gileni clerici, S. Johannis majoris de Castello, S. Joannis de le Balleskière, S. Baldeuini de Felines, S. Helini de Sin, S. Rihardi, S. Roberti mercennarii, S. Henrici mercennarii, S. Henrici Tabarii, S. Wilelmi Sokelin, S. Garini de Bruiele.

Actum est anno ab incarnatione Domini m° c° lxxxx° vij.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

---

30. — 1199.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, termine le différend qui s'est élevé entre l'abbaye du Château et Thierry d'Helemmes, à l'occasion de la donation faite à cette abbaye par Rumaud de Correl et sa femme Elisabeth, d'une portion de la dime de la paroisse Saint-Martin du Château.

Quoniam plerumque ea que pie ac devote, a devotis fidelibus, ecclesiis conferuntur, multorum temporum revoluptione, aut quorumdam pravorum maligna subgestione denigrantur, vel penitus depereunt, ideoque plurima scripture remediis commendantur, ut facilius ad memoriam revocentur.

Ego igitur Baldeuinus, Tornacensis castellanus et Moritanie dominus, notum facio cunctis fidelibus tam futuris quam presentibus hoc scriptum cernentibus, controversiam fuisse ortam inter ecclesiam Beati Martini de Castello et Theodericum de Helemmes, pro elemosina quam Rumaldus de Corriel et Elizabet, uxor ejus, predicte ecclesie legitime, me presente et concedente, coram legitimis et sufficientibus testibus, pro salute

animarum suarum et antecessorum suorum, pie ac devote concesserant; videlicet partem illam de decimatione quam in parrocia predicte ecclesie Beati Martini de Castello possidebant, exceptis duobus illis manipulis qui in quadam parte culturarum et in quadam parte terre Wilelmi do Borgielo colliguntur. Que controversia tandem, sancti spiritus gratia operante, et predicti Theoderici parentum consilio mediante, in hunc modum sedata est : Ipse Theodericus se ecclesiam injuste inquietasse, et elemosinam legitimam esse confessus est. Ut autem hec elemosina firma et inconcussa permaneat, ipse Theodericus me, et uxorem meam et eredes meos, sepedicte ecclesie in obsides et fidejussores obligavit, ac deinde, fide data jurejurando supra sacrosanctum corpus Domini, asseruit nullas deinceps ecclesie pro hac elemosina molestias inferre, sed eidem ecclesie, ut ipsa elemosina firma permaneat, consilium et auxilium per se et per quoscumque poterit, quamdiu vixerit, conferre. Ipse etiam dominus Galterus de Forest, et Evrardus filius ejus cognomento Rihars, et Wilelmus de Borgiele, et Huardus de Pontoit, hujus pacis observande intuitu, cum fidei sacramento se in fidejussores, ecclesie sponte obligaverunt. Ut autem hec pactio firma teneatur, hoc scriptum appentione sigilli mei, cum subscriptis testibus roboratum, sepedicte ecclesie dedi.

S. domini Rogeri Condatensis, S. Hermanni de Tuns, S. Robodonis de Armentières, S. Engerandi de Guelesin, S. Helini de Sin, S. Baldeuini de Felines, S. Johannis villici, S. Johannis de Castello.

Actum est hoc anno Verbi incarnati m° c° lxxxx, ix°.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

---

31. — Au Bruille, 1199.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, approuve la convention faite entre l'abbaye du Château et Matthieu de Provi, pour la culture par l'abbaye de deux bonniers de terre au Bruille, et le partage des fruits de cette culture.

Ego Baldeuinus, Tornacensis castellanus et Moritanie dominus, assensum prebeo conventioni inter ecclesiam Beati Martini

de Castello et Matheum de Provi, de duobus boneriis terre proximis nemori de Castello, sub ditione mea inter rura de Brulio jacentibus, constitute hoc modo : Fratres dicte ecclesie debent nominatam terram excolere, et ex proprio semine totam congruenter seminare, et omnes manipulos proprio vehiculo debent in orreum suum comportare. Et postquam seges triturata fuerit, medietas granorum Matheo sive eredi ejus reddetur. Si vero tectura que vulgo *gluis* dicitur, inde conficitur, medietas etiam eidem Matheo sive eredi ejus parcietur. Cetera vero stramina in orreo nominatorum fratrum remanebunt ad usus ipsorum. Hujus autem conventionis causa tenende, census nummi unius parve monete, assensu partis utriusque, fixus est, qui singulis annis, in Assumptione beate Marie, ad missam, Matheo sive eredi solvendus est, in capella de Brulio. Si vero ille presens non fuerit nec census solutus, non inde ecclesia nominata calumniam aut detrimentum patietur. Ne vero ab hac conventione pars ulla declinet, presenti scripto, appentione sigilli mei cum subscriptis testibus roborato, sepedictam ecclesiam munnivi ac roboravi.

Actum est hoc anno Verbi incarnati m° c° lxxxx° ix°, coram scabinis et filiis ecclesie, in capella de Brulio.

S. Johannis villici de Castello, S. Godini, S. Wenemari, S. Alulfi Kieviruel, S. Petri de Grocoir, S. Gerulfi de Castello.

Lille, Archives du Nord ; Fonds de Château l'Abbaye. — Original scellé sur double queue de parchemin, en cire rouge.

---

32. — 1199.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, approuve l'acte en vertu duquel Thierry d'Helemmes, héritier légitime de Sara de Péronne, s'est engagé à laisser jouir l'abbaye du Château du douaire que cette dame détenait de son vivant, jusqu'à concurrence de soixante livres de Tournai.

Ego Baldeuinus, Tornacensis castellanus et Moritanie dominus, notum facio cunctis fidelibus tam futuris quam presentibus, quod fratres ecclesie Beati Martini de Castello debent recipere, post decessum Sarre de Perrona, reditum qui donum vocatur,

quem ipsa pro dote sua possidebat, donec ex ipso reditu lx. libras tornacensis monete receperint; et postea ad eredem legalem absque ulla exactione revertetur.

Ut autem hec conventio inviolabiliter conservetur, Theodericus de Heilemmes, hujus reditus legalis eres, fide data supra sacrosanctum corpus Domini, juravit se hanc conventionem inconvulsam servaturum, ac deinde me et uxorem meam, et successores meos, et dictum Walterum Malclerc, et Evrardum Rihart filium ejus, et Wilelmum de Borgiele, et Huardum de Pontoit, ecclesie nominate fidejussores obligavit; qui omnes fidei sacramento, fidem ecclesie fecerunt. Ne vero predicti fratres hujus conventionis aliquid detrimentum paciantur, presenti scripto, cum subscriptis testibus, appentione sigilli mei roborato, ipsos munivi ac roboravi.

S. domini Rogeri Condatensis, S. Hermanni de Tuns, S. Galteri de Forest, S. Engerrandi de Guelesin, S. Wilelmi de Borgiele, S. Robodonis de Armentières, S. Helini de Sin, S. Baldeuini de Felines, S. Johannis villici de Castello, S. Johannis de Balleskiere.

Actum est anno Verbi incarnati m° c° lxxxx° ix°.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original scellé sur double queue de parchemin, en cire rouge.

---

33. — Avant 1200.

Baudouin, châtelain de Tournai, et sa femme Heldiarde, concèdent pour dix ans et moyennant cinq cents livres de Tournai, à l'évêque Etienne, tous les droits qu'ils tiennent en fief de cet évêque, à Tournai, sur l'Escaut, à l'exception des droits sur les bois et le poisson.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus, quod ego Balduinus castellanus Tornacensis, homo ligius episcopi Tornacensis, et Heldiardis uxor mea, vendidimus et concessimus, et bona fide quitavimus domino Stephano Tornacensi episcopo, usque ad decem annos, quicquid habemus apud Tornacum in fluvio Scaldi, sive in winagio, sive in justicia, sive in quibuslibet aliis rebus, exceptis lignis et piscibus; que omnia sunt de feodo

domini episcopi. Et ipse dominus Stephanus episcopus, pro hac venditione solvit nobis quigentas libras tornacensis monete.

Quod si forte contigerit quod commeatus fluvii Scaldi, propter aliquam guerram sive aliam causam, sive nostram aut heredum nostrorum offensam vel culpam cesset, et hameda ibi posita fuerit, quanto tempore cessabit commeatus fluvii, tantum tempus computabitur post decimum, et episcopo restituetur quicquid tempore cessationis non receperit, nisi forte alique minute cause evenerint tempore cessationis, quas predictus episcopus nobis percipiendas spontaneus reliquit; et quocienscunque cessaverit commeatus fluvii, tociens computabitur spacium cessationis post decennium.

Hoc nos observaturos bona fide juravimus, ego Balduinus castellanus et Heldiardis uxor mea. Et si aliquis, sive ipsi episcopo, sive quibus hoc concedere, vel donare, vel relinquere voluerit, sive persone sive ecclesie, contradicere in hoc, vel nocere, vel calumpniam movere temptaverit, nos et heredes nostri firmam guarentiam eo et successoribus ejus, et defensionem et auxilium portabimus, et dampna que inde episcopi et successoribus ejus evenerint restituemus.

Completo autem decennio, totus proventus sive redditus ipsius fluvii Scaldi ad nos sive ad heredes nostros revertetur. Incipiet autem computari predictum decennium incipiente anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo nono, die purificationis beate Marie.

Hec omnia facta sunt coram prepositis, scabinis et juratis quorum nomina subscripta sunt. Signum Gerardi Capiel, Johannis Raisor prepositorum. Signum Foberti le Justicie, Henrioli del Casteller, Terrici de Wavrin, Gossuini clerici, Walteri Rufi, Johannis le Godelent, ceterorumque juratorum. Signum Wicardi de Wadripont, Gommari de Barra, Egidii Cudegon, Gossuini Flamingi, ceterorumque scabinorum, qui, si necesse fuerit, domino episcopo et successoribus ejus testimonium et consilium et auxilium promiserunt se prestituros.

Pro his etiam episcopo obsides dedimus fideles homines nostros, fide corporaliter prestita quod quociens opus fuerit episcopo vel successoribus ejus fidele testimonium, et consilium, et auxilium, bona fide, pro his omnibus, sine suo dando prestabunt, scilicet Rabbodo de Ruma, Alardus et Nicholaus fratres de Esplecin, Everardus et Walterus fratres de Vinea, Rabbodo frater pre-

dicti castellani, Matheus de Tumedes, preter hos Gillebertus de Borghele et Hermannus de Tuns, in veritate chritianitatis sue. Quod ne valeat oblione deleri, vel alicujus malicia perverti, sigillo nostro fecimus confirmari.

Hec omnia capitulum Beate Marie promisit se bona fide testificaturum et observaturum, et sigillum suum presenti cartule apposuit.

Tournai, Archives du chapitre de l'église cathédrale; Cartulaire C, f° xxxix^b^. — Copie du XIIIe siècle.

---

34. — Vers 1200.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, accorde aux moines de l'abbaye d'Alne, le libre passage pour leurs biens meubles dans ses domaines.

In nomine sancte et individue trinitatis, B., Tornacensis castellanus et Mauritanie dominus, cunctis fidelibus tam futuris quam presentibus, quos presentem paginam videre contigerit, eam quam sibi utrîusque hominis optat salutem et semper in bonis proficere.

Quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus metet vitam eternam, ut ergo mediante gratia Dei illam mereamur adipisci, ego et uxor mea Heldiardis, assensu heredum nostrorum, pro remedio animarum nostrarum et antecessorum nostrorum, contulimus ecclesie Beate Marie de Alna omnium rerum eidem ecclesie pertinentium per terram nostram conductum, et quicquid juris ex eis nostre debetur dignitati. Ut ergo hec elemosina firma prefate ecclesie inconvulsa permaneat, presens scriptum appensione sigilli nostri et subscriptorum virorum testimonio roborare curavimus.

S. Willelmi de Burgelle, S. Johannis villici de Castello, S. Willelmi Portigal, S. Mathei prioris de Castello, S. Gilleni clerici, S. Alulphi camberlani, S. Robodonis vinarii.

Mons, Archives de l'Etat; Fonds de l'abbaye d'Alne, Cartulaire f° cccxxviii^b^. — Copie du XIVe siècle.

35. — Tournai, avril 1202.

Baudouin, châtelain de Tournai, assigne à la chapelle Saint-Pancrace établie dans le château de Tournai, un revenu annuel pour l'entretien du chapelain.

In nomine patris, et filii, et spiritus sancti, amen.

Ego Balduinus, Tornacensis castellanus, notum facio tam presentibus quam futuris, quod assensu nobilis mulieris Heldiardis, uxoris mee, et liberorum meorum, capelle mee in castello juxta Tornacum, ad honorem beate virginis Marie et gloriosi martiris Pancracii fundate, ad perpetuum stipendium capellani ibidem jugiter ministraturi, assignavi per annos singulos unum modium frumenti [et] sex lib. tor. monete Flandrie, et tres francars cervisie, valencioris precii, per singulas ebdomadas. Frumentum quod prescripsimus, modium accipiet cappellanus, in perpetuum, in molendinis meis juxta castellum meum ibi prope constructis, de principio et meliore quod ex eis annuatim provenerit, quam cito deducto hyeme ceperunt molere. Idemque frumentum cappellanus in eisdem molendinis perpetuo poterit gratis molere. Memorate autem sex libre, de censu et reddītu meo de Bruilo, eidem cappellano perpetuo, de prima et paraciore solventur receptione. Tres quoque francars cervisie, prout prescripsi, in camba mea quam Ibertus tenuit, aut alia qualibet, sive in Bruilo, sive in Cingula, quas ad me pertinere dinoscitur, perpetuo habebit. Et sciendum quod si forte cappellano, de cervisia minus, per ebdomadam, aut de frumento vel denariis minus, per annum persolvantur, semper in sequenti ebdomada vel in sequenti anno, ego et successor meus ad plenam tenebimur omnino restitutionem. Ad hec, perpetuam eidem cappellano concessi mansionem in domo Alardi Soris, usque in Scaldam. Institutionem etiam cappellani mihi et successoribus meis Tornacensibus castellanis perpetuo jure retinui.

Ut igitur hec mea assignacio perpetuo stabilitate firmetur, presentem feci paginam conscribi, et cum appentione sigilli mei, hominum meorum et aliorum testium qui presentes affuerunt nomina subscribi.

Signum Balduini Tornacensis castellani, et Heldiardis uxoris sue, S. Matthei de Hera, Rabbodi de Ruma, Rabbodi fratris

castellani, Galteri Maliclerici, et aliorum plurimorum qui presentes affuerunt.

Actum Tornaci, mense aprili, anno Domini m° cc° secundo.

Tournai, Archives communales; Layette 40 des Pièces à classer du Chartier. — Copie simple du XV[e] siècle, d'après un vidimus d'Arnoul, châtelain de Tournai, délivré en 1255.

---

36. — Mortagne, 1205.

Baudouin, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournai, approuve la donation faite à l'abbaye du Château par Thierry d'Helemmes, de la dîme qu'il possédait dans la paroisse Saint-Martin du Château, et sur les terres de Guillaume de Bourghelles.

Quoniam plerumque, multorum evolutione temporum, et fraudulenta machinatione iniquorum, ea que pie ac devote a fidelibus ecclesiis contrahuntur, denigrantur vel penitus depereunt; eapropter, pulcherrimus ac necessarius scripture modus inolevit hominibus, ut quod perire in fragili hominum poterat memoria, vivaci servetur in littera.

Ego igitur Balduinus, Mauritanie dominus et Tornaci castellanus, notum fieri volo cunctis fidelibus, tam futuris quam presentibus, presens scriptum cernentibus, quod Theodericus de Helemes, homo meus, utens sano statu mentis et corporis, me presente, et uxore mea Heldiarde, ac liberis meis, ac pluribus hominibus meis et Mauritanie paribus quibusdam presentibus, contulit pie ac devote ecclesie Beati Martini de Castello decimationem illam, quam in territorio memorate ecclesie et circonjacentium terrarum Willelmi de Borgele jure hereditario possidebat, in elemosinam perpetuo jure possidendam; ita quod, fide interposita et sacramento jurisjurandi adhibito, obligavit se in posterum, nec se nec heredes suos in prefata decimatione aliquid reclamaturos. Hoc etiam bona fide promisit, assensu Walteri Mauclerc, qui filiarum dicti Theoderici avus erat, quod si quando ipse filie ad annos nubiles venerint, pater earum et avus eas ad hoc inducent ut hanc elemosinam absolute collaudent et confirment.

Preterea sciendum est quod, ne predicta ecclesia aliquid dein-

ceps super hac largitione molestie patiatur, quod sepedictus Theodericus impignoravit me, uxorem meam et heredes meos predicte ecclesie, fidejussores et obsides; ac conditione quod quicquid de me tenebat in feodum, in manu mea et heredum meorum posuit, [ego, uxor mea, et heredes mei promisimus ne] prefata ecclesia super hac elemosina detrimentum patietur. Ut autem hec elemosina dicte ecclesie firma et inconvulsa permaneat, presens scriptum sigilli mei appensione roboratum dicte ecclesie tradidi.

S. R. abbatis Viconie, S. H. abbatis de Furnis, S. N. prioris Viconie, S. G. prepositi militis Sancti Amandi, S. W. Mauclerc, S. Roberti de Lokeron, S. Almanni de Beaumés, militum, S. Hellini de Sein, S. Johannis majoris, S. Johannis de Baules-kiere, parium.

Actum est hoc apud Mauritaniam, in domo mea, anni *(sic)* Verbi incarnati m° cc° v°.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original scellé sur double queue de parchemin, en cire rouge (1).

---

37. — Au Bruille, 21 février 1208.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, approuve les donations faites par Watier Mauclerc de Forest, aux églises Saint-Martin du Château et Saint-Nicolas de Mortagne, de rentes en seigle et avoine, qu'il tenait en fief du seigneur de Mortagne.

Ego Bald., Tornacensis castellanus et Mauritanie dominus, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos presens scriptum pervenerit in perpetuum.

Presentium testimonio liquere volumus universis, quod Walterus Mausclers, miles de Forest, ecclesie Sancti Martini de

(1) L'état de délabrement de cet original est tel qu'on n'en tirerait qu'un texte absolument inintelligible, si on ne pouvait s'aider, pour le compléter, d'une copie faite en 1772 par D. Queinsert. Cette copie se trouve à Lille, *ibidem*. Au temps de D. Queinsert, la pièce n'était encore que « un peu délabrée, » et le sceau était encore en assez bon état pour que D. Queinsert en ait pu prendre un dessin qu'il a joint à sa copie.

Castello Dei, assensu nostro et dilecte uxoris nostre Heldiardis, et karissimi filii nostri primogeniti Evrardi, et aliorum tam filiorum quam filiarum nostrorum assensu, et Heluidis uxoris ipsius Walteri Mauclerc, et Bald. filii sui, et omnium tam filiorum quam filiarum ipsius Walteri, tres raseras avene ad mensuram nostram legavit titulo elemosine inperpetuum possidendas apud Bruile in Nativitate Domini accipiendas, et a Gerulfo, Matildis filio, et ejus successoribus persolvendas. Harum autem trium raserarum avene precium, pro ipsius Walteri et uxoris ejus anniversario, singulis annis faciendo, refectioni conventus assignabitur annuatim.

Ceterum idem Walterus duas raseras siliginis ecclesie Sancti Nicholai de Mauritania legavit perpetuo possidendas, accipiendas super decimam suam de Felines, inde lampadem rastituens *(sic)* beati confessoris ecclesie perpetuo servituram.

Porro, in elemosinam trium raserarum avene tam sollenniter factam, post mortem ipsius Walteri Mauclerc, filius ejus Balduinus aliquandiu reclamavit; qui postmodum saniori usus consilio, ipsam elemosinam recognovit, eamque ecclesie Sancti Martini, per ramum et cespitem, in nostra et aliorum multorum presentia benigne reddidit et concessit.

Hiis autem quinque raseriis in elemosinam collatis, cum predictis omnibus nominatim expressis, consensum nostrum prebuimus et assensum, cum a nobis in feodum teneantur. Quod ut permaneat inconcussum, presentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam, et subscriptione testium muniendam.

S. Evrardi Radul, S. Rogeri de Condato, S. Evrardi Rihardi, S. Aumandi de Bellomanso, S. Robuldi del Lokeron, S. Hellini de Sin, S. Egidii de Pontoit.

Actum primo apud Castellum Dei, in capitulo, anno Verbi incarnati m° cc° sexto. Recognitum secundo apud Mauritaniam. Recognitum tertio apud Bruilam, anno Dominice incarnationis m° cc° septimo, sexto kalendas martii.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

38. — Mortagne, 23 mars 1208.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, pour terminer un différend entre l'abbaye du Château et Gérard de Bernes à propos d'un cens, adjuge à l'abbaye le cens en question.

Ego Bald., Tornacensis castellanus et Mortanie dominus, universis quibus presentem paginam videre contigerit, in Domino salutem.

Notum facimus universis, quod cum abbas et conventus Sancti Martini de Castello Dei, super quibusdam possessionibus que a domino Gerardo de Bernes tenebantur, traherentur in causam; eosque dictus Gerardus in presentia sua compelleret stare juri, ratione census quem in possessionibus ipsis habebat, tandem dictus Gerardus censum ipsum et quicquid juris et dominii in ipsis possessionibus habebat, in manu domini sui Rogeri de Condato resignavit; et dominus Rogerus de Condato in manu nostra resignavit.

Nos vero censum ipsum et quicquid juris et dominii dicti milites, Gerardus de Bernes et Rogerus de Condato, in predictis possessionibus habuerant, ecclesie Sancti Martini de Castello Dei contulimus in elemosinam, assensu et consensu militum predictorum. Quod ut ratum habeatur, presentem paginam sigilli nostri appensione dignum duximus roborare, et nomina testium adnotare.

S. Evrardi Radul filii nostri, S. Rihardi, S. Egidii de Perona, S. Hellini de Sin, S. Aumandi de Bellomanso, S. Johannis majoris de Castello, S. Johannis de le Balleskiere, S. Balduini de Felines, S. Radulli de Tun, S. Willebaudi de Nemore.

Actum apud Mortaniam, in domo nostra, anno gratie m° cc° septimo, decimo kalendas aprilis.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

---

39. — 21 mai 1208.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, approuve le don fait aux moines du Château par Thierry d'Helemmes, de tout le terrage qu'il tenait en fief du seigneur de Mortagne.

Ego Balduinus, Tornacensis castellanus et Mortanie dominus, universis tam presentibus quam futuris in perpetuum.

Notum facimus quod homo noster Terricus de Helemes, totum terragium suum quod de nobis tenebat in feodum, sicut ipsum possidebat ac possidere debebat, ecclesie Sancti Martini de Castello, de assensu nostro et primogeniti filii nostri Evrardi Radul, in elemosinam contulit in hunc modum : Primogenita dicti Terrici filia, Hela nomine, avunculum suum Evrardum Rihardum dari sibi a nobis petiit advocatum. Quem cum ei dedissemus advocatum, ipsa in manu ipsius advocati sui ipsum terragium resignavit. Postmodum autem tres, videlicet dicta Hela, et advocatus ejus jam dictus Rihardus, et dicte puelle pater Terricus, simul et semel dictum terragium in manu nostra resignaverunt. Dehinc interrogati coram omnibus qui aderant, utrum aliquid in predictum terragium reclamarent, semel et iterum et tercio contra se confessi sunt se in ipso terragio nichil juris habere. Exinde adjurati homines nostri dixerunt resignationem terragii legitime factam esse et predictos tres, videlicet Terricum patrem, et filiam ipsius, et advocatum ejusdem, in eodem terragio nichil amplius juris habere. Nos igitur, et filii nostri Evrardus Raduls et Johannes, facta resignatione in manu nostra, a quibus fieri debuit sepedictum terragium, per ramum et cespitem ecclesie Sancti Martini de Castello, pro salute anime nostre et omnium antecessorum nostrorum, in elemosinam libere contulimus, nobis bannos nostros et totam justiciam nostram plenarie retinentes; hoc tamen excepto, quod si aliquis in predictum terragium reclamare voluerit, fratres ipsi coram nobis nullatenus stabunt juri. Ceterum super eodem terragio nos ipsi et primogenitus filius noster dicte ecclesie nos defensores constituimus et patronos. Quod ut permaneat inconcussum, presentem paginam sigilli nostri appensione [fecimus] roborare, et nomina testium subnotare.

S. domini Warini abbatis Castelli, S. Mathei prioris, S. Wil-

lelmi sacerdotis, [S Theobaldi sacerdotis, S. Ernaldi diaconi, S. Henrici diaconi,] S. Colini subdiaconi, S. Johannis novitii, canonicorum Sancti Mar[tini de Castello, S. Gilleni clerici, S. Robaldi del Lokeron, S. Terri]ci de Helemes, S. Walterionis del Pontoit, S. Johannis m[ajoris, S. Johannis de le Balleskière, S. Henrici de Tornaco.]

[Actum] anno Verbi incarnati m° cc° octavo, duodeci[mo kalendas junii].

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original sur parchemin (1).

---

40. — Mortagne, 21 mai 1208.

Baudouin, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, s'oblige à faire jouir librement les moines du Château, du terrage que Thierry d'Helemmes leur a donné, et stipule les conditions du remboursement auxdits moines des vingt livres qui leur sont dues par le même Thierry d'Helemmes.

Ego Balduinus, Tornacensis castellanus et M[ort]anie dominus, universis presentem paginam inspecturis, in Domino salutem.

Notum sit universis, quod cum homo noster, Terricus de Helemes, totum terragium suum quod de nobis tenebat in feodum, ecclesie Sancti Martini de Castello, de assensu nostro et primogeniti filii Radulli nostri, in elemosinam contulisset, ejusque filia Held. minor natu infra annos esset, nos et filium nostrum primogenitum hostagios constituit quod cum eadem etatem haberet, dictam elemosinam approbaret, et ipsum ter[ragium] coram nobis et hominibus nostris libere resignaret. Quod [nisi] faceret, cc^{tas} libras Valencenen[sium] super totum id quod de nobis tenet in feodum, nobis cognovit.

Insuper idem Terricus ecclesie dicte tenetur [in] deb[itione] xx^{ti} librarum sic persolvendarum : ab instanti Nativitate in

(1) Ce document est en très mauvais état. On s'est servi pour compléter le texte de deux copies faites en 1772 par D. Queinsert, et conservées, l'une à Lille, *ibidem*, la seconde à Paris, Bibliothèque nationale, Collection Moreau, t. 110, f° 129.

annum, primi centum solidi persolventur; [item,] in secundo centum; et in tertio centum; et in quarto centum. Accipientur antedicte viginti libre Valencenensium super novem raseras avene, quas idem Terricus habet de reditu, et super duodecim solidos quos habet de reditu, et super totum illud quod de ipso tenet Henrotus; ita tamen quod si aliquid defuerit singulis annis ad solutionem centum solidorum Valencenensium, plegii perficere et supplere tenentur.

Sunt autem plegii : Ro[bald]us del Lokeron, Evrardus Rihardus, Egidius del Pontoit, Jacobus de Tuns, Walterio del Pontoit, Johannes major, Johannes de le Balleskiere.

Insuper et nos cum Radullo fillo *(sic)* nostro sumus hostagii constituti.

Actum apud Mortaniam, anno m° cc° viij°, xii° kalendas junii.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

---

41. — Tournai, 1213.

Evrard Raddo, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournai, investit les moines de Saint-Martin de Tournai de la propriété des quatre bonniers de terre que Matthieu d'Ere leur avait vendus à Longuesauch.

Ego Evrardus Raddo, dominus de Mauritania et castellanus Tornacensis, notum volo fieri omnibus Christi fidelibus, quod Matheus de Hera, de me tenebat in feodo modice minus de iiij^or^ bonariis terre jacentis inter nemus suum et murum de Longa salice, quam monachi Sancti Martini Tornacensis, datis ei sexaginta septem libris blancorum, acquisierunt sibi jure perpetuo possidendam. Hanc itaque terram idem Matheus coram paribus suis, hominibus meis, scilicet Waltero de Valenceniis, Rabbodo de Locheron, Waltero de Pontoit, libere resignavit, et ad opus ecclesie Sancti Martini reportavit; quam sub annuo censu quatuor denariorum torn. a me monachi receperunt. Predictum autem censum in augmentum feodi sui eidem Matheo reddidi, salvo tamen jure meo, sicut in reliqua parte quam tenet de me

jure feodali. Terram quoque de qua mentio facta est, per ramum et cespitem, ipso Matheo manum apponente, super altare in capella Sancte Marie, titulo elemosine obtuli, ibique data fide et sacramento prestito, idem Matheus promisit quod super hac possessione nullam deinceps ecclesie inferet molestiam aut gravamen, hujus pacti me testem constituens ac ecclesie defensorem. In hujus rei memoriam presentem cartulam sigilli mei appositione munivi, quam ad majorem ecclesie firmitatem ejusdem Mathei sigillo roborari feci et testium nomina subscribi. Testes et cetera....

Actum Tornaci, anno ab incarnatione Domini m° cc° xiij°.

Bruxelles, Archives générales du royaume; Cartulaire 120, page 27. — Copie du XIVe siècle.

---

42. — Lille, mars 1215.

Evrard de Mortagne, châtelain de Tournai, et son frère Hellin, confirment aux Templiers les donations à eux faites, par Evrard leur grand-père et Baudouin leur père, de tous les reliefs de leurs hommes demeurant entre la Lys et la mer.

[N]os Everardus Rodulfus de Mortania, castellanus Tornacensis, et frater meus Hellinus, universis tam futuris quam presentibus.

Notum fieri volumus quod avus noster bone memorie, dominus Everardus Radolfus, donavit fratribus militie Templi in perpetuam elemosinam omnia relevia de suis hominibus inter Lisam et mare. Pater etiam noster, dominus Balduinus, donationem illam tenuit et confirmavit. Nos vero donationem illam ab avo et patre nostro eis concessam bene approbamus et concedimus. Ut autem hec nostra concessio rata et in posterum firmata permaneat, presentem paginam exinde conscriptam, sigillorum nostrorum appensione, fecimus roborari.

Actum apud Insulam, anno Domini m° cc° v° quarta mense marcio (1).

(1) Nous croyons qu'il faut lire *m° cc° x° quarto, mense marcio,* parce que la date, telle qu'elle est ici reproduite d'après un cartulaire, est évidemment fautive, et qu'en mars 1205, Evrard n'était pas encore châtelain de Tournai.

Mons, Archives de l'Etat; Fonds de l'ordre de Malte, Cartulaire n° 1072, f° 35a. — Copie du XIIIe siècle.

---

43. — 1215.

Evrard Rado, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournai, approuve un échange de terres fait entre Gérard La Truie et les moines du Château, et promet à ceux-ci de leur garantir leur nouvel acquêt.

Ego Everardus cognomento Rado, dominus Mauritanie et castellanus Tornacensis, notum esse volo presentibus et futuris, quod fidelis meus Gerardus cognomento La Truie, de terra illa que dicitur Walteri Nani, quam ecclesia de Castello perpetuo acceperat excolendam ad medietatem, et dictus G[erardus] de me tenebat in feodum, quinque boneria quita ab omni censu et quacumque alia servitute, cum jam dicta ecclesia, pro prato quod dicitur des Planquielles et terra que dicitur de Priestresart, laudamento et assensu meo et fratris mei H[ellini] libere permutavit. Ut autem sepefata ecclesia in perpetuum super dicto contractu conservetur indempnis contra omnes qui in posterum eandem forte super hoc presumpserint inquietare, ego sicut ejusdem defensor garandiam spondeo me laturum. Ad hujus quoque roborationem facti, et mee memoriam sponsionis, presentem paginam feci scribi, et tam sigilli mei appensione, quam hominum meorum subscriptione muniri.

Signum Hellini fratris mei, S. Rabodi del Lokeron, S. Jacobi de Tuns, S. Johannis de Velvaing.

Actum anno gratie m° cc° xv°.

Paris, Bibliothèque nationale; Collection Moreau, t. 120, f° 109. — Copie prise en 1772 par D. Queinsert à Château l'Abbaye, d'après l'original alors scellé sur lacs de soie verte et blanche en cire verte (1).

(1) Cet original ne se retrouve plus à Lille dans le beau Fonds de Château l'Abbaye, aux Archives du Nord.

---

44. — 1216.

Evrard Rado, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, pour terminer un différend ancien entre les moines du Château et les seigneurs de Mortagne, déclare que le ruisseau qui coule au travers du bois de Malaise, fera dorénavant la limite des propriétés respectives des moines et des seigneurs.

In nomine sancte et individue trinitatis, ego Everardus Rado, Tornaci castellanus et Moretanie dominus, universis ad quos littere iste pervenerint, notum facio quoniam cum quedam controversia, a tempore parentum meorum, inter nos et ecclesiam Beati Martini de Castello, pro divisione nemorum nostrorum de Malaise exorta fuerit, ego siquidem ad predictam ecclesiam nullum animi rancorem habere, et ipsam nolens exhereditare, assensu et laudamento abbatis et conventus ecclesie, statui ut amodo sicut ab antiquo fieri solebat et debebat, ipsorum nemorum divisio ex toto fiat per medium cursum rivuli inter duo nemora labentis. Concessi eis insuper ut cum voluerint, et cum per cursum aque divisio fieri potuerit, libere et sine contradictione fossatam suam facere liceat per medium cursum predicti rivuli. Ut autem hoc ratum et inconvulsum permaneat inperpetuum, presentem paginam sigilli mei appensione feci roborari, et testes subscriptos adnotari.

Signum Robod[onis] del Lokeron, S. Johannis villici, militum, S. Heluidis et Marie del Foriest, S. Balduini Muceron, S. Balduini Boidin, Gerulfi, Petri, scabinorum.

Actum anno ab incarnatione Domini m° cc° xvj°.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin (1).

(1) Au dos de la charte, une main du XIVe siècle a écrit : *De cursu rivuli de Malaise;* à quoi une main du XVIe siècle a ajouté : *C'on dist à présent Nostre-Dame au bois.*

45. — 12 novembre 1217.

Evrard Raddo, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, garantit aux moines du Château la possession paisible de la dîme qui leur a été donnée par Watier Caboce du Forest et sa mère Héluise.

Ego Everardus Raddo, Tornacensis castellanus et Mauritanie dominus, universis tam presentibus quam futuris volo innotescat, quod Galterus Caboce del Forest, et Heluidis mater ejus, quandam decimam quam tenebant de ecclesia Sancti Martini de Castello, eamque diu et injuste possederunt, resignaverunt in manu abbatis de Castello, et quicquid in eadem habere videbantur, prefate ecclesie in elemosinam reddiderunt. Hujus largitionis, tam ego quam successores mei, fideles plegii esse debemus. Et si quis super hac re predictam ecclesiam molestaverit, omnibus modis molestatem compescere debemus, aut sepedicte ecclesie quadraginta libras Vallencenensium solvere tenemur, pro quibus fratres predicti Galteri, videlicet Balduinus et Autbertus, feoda sua que de me tenebant, coram hominibus meis, videlicet Rabbodone del Lokeron, Hellino de Sin, Egidio del Pontoit, Johanne de le Balleschière, Balduino de Felinis, et Willelmo de Canfeng, in manu mea et successorum meorum, in ostagium posuerunt, tali modo quod quilibet eorum viginti libras nobis solvent nisi prescripta fuerint observata. Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, presentem paginam sigilli mei appositione roboravi.

Actum anno Domini m° cc° septimo decimo, ij idus novembris.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original sur parchemin, scellé sur lacs de soie rouge, en cire verte.

---

46. — Avril 1218.

Evrard Raddo de Mortagne, châtelain de Tournai, confirme à l'abbaye de Crespin l'exemption de péage qui lui a été octroyée par le châtelain Baudouin, son père, dans ses domaines.

In nomine Domini, ego Everardus dictus Raddo de Mauritania, castellanus Tornacensis, notum facio presentibus et futuris

omnibus, quod exemplo patris mei illustris memorie Balduini incitatus, condonavi in elemosinam ecclesie Sancti Landelini Crispiniensis, wionagia seu vectigalia omnium vecturarum et navium per terram meam transeuntium, et res ecclesie prelibate commeantium. Et ut anniversaria dies obitus mei penes eandem ecclesiam Crispiniensem celebriter quotannis agatur, precipio et injungo cunctis in terra mea commanentibus, ut hanc libertatem rerum ad ecclesiam Crispiniensem pertinentium, et per terram meam commeantium, pro salute anime mee et Elisabeth conjugis mee, necnon parentum meorum et liberorum meorum, pro posse suo tueantur et conservent. Ut igitur hoc donum pariterque elemosina temporibus perpetuis vigeat et rata permaneat, hanc paginam sigilli mei impressione corroborari ac muniri feci.

Actum anno incarnati Verbi m° cc° xviij°, mense aprilis.

Paris, Bibliothèque nationale; Collection Moreau, t. 123, f° 97. — Copie prise en 1772 par D. Queinsert sur un cartulaire de l'abbaye de Crespin de la fin du XIII[e] siècle (1).

---

47. — Juillet 1219.

Evrard Radol, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, concède à l'abbaye de Saint-Amand pour ses hommes, l'exemption de péage à Maulde. En outre, il renonce en faveur de cette abbaye à ses droits sur un bonnier de pré à Sin, et déclare que la saisie des animaux qui causent du dommage dans les pâturages des Waites, pourra être pratiquée à Sin comme ailleurs.

Ego Everardus Radols, Tornaci castellanus et Mauritanie dominus, universis presentem paginam inspecturis, salutem.

Ne obliviosus dierum decursus rem pie et pro bono pacis gestam lima deleat vetustatis, memori litterarum observantie dignum duxi commendare, quod cum ecclesia Sancti Amandi, super winagio de Maude et rebus aliis, se lesam conquereretur,

(1) Ce cartulaire ne se trouve pas dans le Fonds de Crespin aux Archives du Nord.

ego Everardus Radols, dicte ecclesie concessi, quod homines Sancti Amandi, pro omni genere marcandie quam, sacramento manu propria prestito, suam esse probabunt, a winagio et omni exactione winagii immunes pertransibunt.

Preterea dicte ecclesie quitum clamavi unum bonarium herbe quam annuatim solebam capere in pratis de Sin, ecclesia dicta tamen reclamante, et recognovi quod in dicto bonario nichil penitus juris mihi amplius vendicarem.

Insuper addidi et concessi quod animalia quelibet que in pratis sive pascuis des Waites, propter dampna pratorum, capi continget, in ipsa villa de Sin ad usagium et legem ipsius ville debent arrestari.

Quod ut ratum sit et inconcussum, et a me et heredibus meis omni fraude sublata observatum, coram clericis et laicis, nobilibus viris et religiosis, fide data et sacramento prestito confirmavi, et donationem istam per ramum et cespitem legitime super altare Sancti Amandi obtuli, et presentem paginam sigilli mei et sigilli Attrebatensis episcopi appensione communivi.

Actum anno Domini m° cc° decimo nono, mense julio.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Saint-Amand, Cartulaire, t. 1er, f° xiii^a. — Copie du XIIIe siècle.

---

48. — Juillet 1219.

Evrard Radou, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, confirme aux moines de Saint-Martin de Tournai la possession de leur moulin de Florent. Il approuve en outre la vente faite auxdits moines par Emma du Léliu, d'une terre à Longuesauch.

Ego Evrardus cognomento Radous, castellanus Tornacensis et dominus de Mauritania, notum facio omnibus litterarum istarum inspectoribus, quod ecclesie Beati Martini Tornacensis, molendinum suum de Floraing, sub perpetua libertate possidendum confirmavi, et pactionem que est inter ipsam et Rabodum dominum de Ruma, sicut in ejusdem Rabodi carta scripta continetur, approbavi.

Preterea Emma, mater Ernulphi et Almanni del Léliu, dato sibi precio sexaginta et undecim librarum Flandrensis monete,

dedit eidem ecclesie in elemosinam, per manum advocati sui Letberti, militis de Froana, circiter tria bonaria et dimidium terre arabilis in uno frusto, jacentis prope murum de Longa salice, cujus terre partem tenebat in feodo de Rogero de Pesch milite; pars altera sua erat hereditas. Hanc itaque terram voluntate et assensu predicti Rogeri, cui de jure feodali satisfecerat, coram hominibus meis, Bernardo de Pesc, Teodrico fratre ipsius, Johanne de Velvaing, Sicero del Maresch, reddidit monachis jure perpetuo possidendam, quam ut firmius tenerent, sub testimonio scabinorum de Willemel, Symonis videlicet le Blont, Simonis filii ipsius, Evrardi de Atrio, Brictii de Willemel, Petri des Prés, et insuper hospitum suorum : Walteri de Burghet, Gonteri, Johannis de Longa salice, Theoderici Corona, Theoderici Molendinarii. De ea receperunt ad censum quatuor denar[iorum] tornacensium annuatim sibi solvendorum. Hunc autem censum infra quindenam sancti Remigii, ecclesia solvere tenetur. Quod si non fecerit ad primam Emme vel ejus successoris admonitionem, transacta sequenti quindena, duplum censum et nichil amplius ab ecclesia exigere poterit, et pro censu duplicato vadium equevalens super terram accipere valebit. Promiserunt etiam mater et filii qui huic facto bene et legitime consenserunt, interposita fide corporali, quod nunquam querent artem vel ingenium, per quod ecclesia dampnum aliquod incurrere possit, de centum libris blancorum inde me tradentes hostagium, et prefatum Rogerum super omne id quod de eo tenent in feodum. Rogatus igitur a monachis, harum donationum me testem esse profiteor et dicte ecclesie defensorem. In hujus rei memoriam, presentes litteras inde conscriptas sigilli mei appensione munivi, et testium subnotatione roboravi. Testes Johannes de Mauritania, Hellinus de Syn, Sycerus de Evregnies, milites, et plures alii.

Actum anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo nono decimo, mense julio.

Bruxelles, Archives générales du royaume; Cartulaire 120, p. 29. — Copie du XIVe siècle (1).

(1) L'original de cette charte est à Mons, Archives de l'Etat, Fonds de Saint-Martin de Tournai, carton 24. Il est scellé sur lacs de soie verte en cire rouge; mais tellement délabré qu'on ne peut l'employer utilement.

49. — En l'abbaye de Saint-Martin de Tournai, 25 mars 1221.

Evrard Raddo, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, garantit aux moines de Saint-Martin de Tournai la propriété de la terre et du terrage qui leur ont été vendus par Bernard d'Eschamain, entre Calonne et Warnave.

Ego Evrardus Raddo, castellanus Tornacensis et dominus Mauritanie, notum facio universis presentem paginam inspecturis, quod ecclesia Beati Martini Tornacensis emit bene et legitime a domino Bernado de Eschamain, milite, septem bonaria terre arabilis, jacentis in duobus frustis inter Calonne et Warnaviam, et terragium quinque quartariorum terre, quod in quadam terra dicte ecclesie possidebat, que simul a me tenebat in feodo, centum et sexdecim libris Flandrensis monete. Et ut contractus iste fieret cum debita sollempnitate, dictus Bernadus in presentia mea et abbatis ecclesie Beati Martini Tornacensis constitutus, coram hominibus meis paribus suis, Matheo scilicet de Era, Nicholao de Calonna, Benardo et Theodrico de Pesch, militibus, Johanne de Velvein, Evrardo de Vinea, Henrico clerico, et Evrardo Pauwart, tribus vicibus resignavit totam supradictam terram cum terragio supradicto ad opus ecclesie pretaxate. Cumque, ut est consuetudinis, ter a me requisiti fuissent, compares supradicti ad quos de illo feodo judicare pertinebat, ut si quod fecerat predictus Bernadus de jure facere potuisset, habito consilio responderunt quod ita, maxime cum constaret ipsis paribus quod tanta eum compelleret necessitas, quod nisi hanc venditionem faceret, majus incurreret detrimentum. Item requisiti utrum quicquam juris amplius haberet in illa re, habito consilio responderunt quod non. Item requisiti utrum hec sollempnitas sufficeret ad opus dicte ecclesie, habito consilio dixerunt utique.

Preterea, Michaeleta, uxor dicti Bernadi huic facto consensit, fideliter promittens se in predictis nichil amplius clamaturam. Promiserunt etiam ambo, Bernadus scilicet et Michaeleta uxor ejus, fide interposita et sacramento prestito, se super predictis omnibus numquam dicte ecclesie calumpniam illaturos, sed contra omnes homines, causa hujus contractus, ecclesiam molestare attemptantes, bona fide consilium et auxilium impensu-

ros. Dictus etiam Bernadus, ne Michaeleta uxor ejus dotis sue causa ecclesiam gravare possit in posterum, coram me tantumdem terre dicte uxori in residuo feodi sui assignavit, quam illi tanquam dominus feodi spopondi fideliter guarandire. Quo facto ipsi Bernado, et Michaelete uxori ejus, et ipsorum successoribus, supradicti compares predictam totam scilicet terram cum dicto terragio in perpetuum abjudicaverunt. Tandem omnibus rite celebratis, sepedictus Bernadus, de consensu meo, terram supradictam cum terragio, in manum Johannis abbatis, ad opus Beati Martini ecclesie, liberaliter et integre reportavit, absque omni onere et servitio in perpetuum possidendam.

Ut autem de cetero ecclesiam sepedictam super hiis nullus molestare presumat, ego me et heredes meos ad preces dicti Bernadi et Michaelete uxoris ejus, adversus ecclesiam, plegium et hostagium posui, quod eam faciam supradicta omnia in pace tenere, et quod ipsam indempnem in premissis omnibus conservabo. Resignavit etiam sepedictus Bernadus in manu mea totum residuum feodi sui, ut me, si quod dampnum incurrerem occasione hujus fidejussionis adversus ecclesiam, plenissime liberaret. Sciendum etiam quod sepedicta ecclesia pacis gaudere volens, beneficio meo et aliorum bonorum virorum consilio, promisit sepedicto Bernado et ipsius heredibus, coram scabinis de Calonne et censualibus hominibus suis, Gerardo scilicet de Media villa, Arnulfo Divite, Matheo et aliis multis, in perpetuum in recognitione hujus rei more censuali, sine lege vel relevamento, annis singulis infra quindenam sancti Johannis Baptiste, pro unoquoque bonario terre unum denarium tornacensem. In hujus rei memoriam et firmitatem, presentem paginam scribi feci, quam sigilli mei munimine roboravi.

Actum in abbatia Beati Martini Tornacensis, anno Domini m° cc° xx°, in die Dominice adnuntiationis.

Bruxelles, Archives générales du royaume; Cartulaire 120, page 25. — Copie du XIVe siècle (1).

(1) L'original de cette charte, jadis scellé sur lacs de soie jaune, est à Mons, Archives de l'Etat, Fonds de Saint-Martin de Tournai, carton 73; mais il est dans un tel état de délabrement qu'il est devenu inutile.

---

50. — Juin 1221.

Evrard Rado, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournai, garantit aux moines du Château la jouissance des terres qui leur ont été vendues par M. de Forest à Malaise, et par Matthieu de Provi au Bruille.

Ego E. Rado, dominus Mauritanie et castellanus Tornacensis, notum facio presentibus et futuris, quod W. et Th., filii Richardi militis de Foresto, peregre ad partes Constantinopolitanas profecturi, M. matrem suam, coram me et hominibus meis nobilibus, constituerunt procuratricem omnium bonorum suorum tam mobilium quam inmobilium, ita quod tam terras quam res alias poss[essorias], dicta M. ad voluntatem suam titulo venditionis vel alio quocunque modo [possit] alienare. Dicta vero M., neccessitate urgente, quatuor boneria terre, juxta curtem que dicitur Malaise sita, que ibidem tenebat ex parte dictorum filiorum suorum, viris venerabilibus abbati et conventui de Castello juxta Mauritaniam vendidit inperpetuum, pro quadraginta lb. alborum, quas recognovit se coram me et hominibus meis recepisse, ut per dictam pecuniam id quod hereditas remanserat a debito posset liberare. Hec autem venditio coram me et hominibus meis legittime fuit facta, qui judicaverunt quod secure posset dicta ecclesia de Castello dicta quatuor boneria a dicta M. emere legittime, et possessionem intrare. Ego vero ad preces totiens dicte M. et amicorum suorum, teneor ecclesie de Castello super dicta emptione legittimam garandiam prestare, et eandem super hac re contra omnes homines defendere.

Preterea duo boneria terre que eadem ecclesia a Mattheo de Provi ad hereditariam medietatem excolebat, quicquid idem M[attheus] in eadem terra juris habebat, dicte ecclesie per assensum meum et judicium scabinorum meorum vendidit in perpetuum, firmiter promittens quod ipse vel heredes ipsius, nunquam dictam ecclesiam per se vel per alium super dicta venditione molestabunt. Et ego debeo predicte ecclesie de ista terra sicut de alia dictum est garandiam prestare. In cujus rei testimonium presentes litteras ad petitionem partium conscribi feci, et sigilli mei munimine roboravi.

Actum anno Domini m° cc° xx° primo, mense junio.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Château l'Abbaye. — Original sur parchemin, scellé sur cordelettes de soie bleue et blanche, en cire jaune.

---

51. — Décembre 1221.

Evrard Rado, châtelain et seigneur de Mortagne, donne à l'abbaye du Château, au nom de feu Jean son frère, une rente annuelle de dix livres pour fonder une chapellenie. En même temps, il vend à la même abbaye une autre rente d'égale somme, et il stipule que l'ensemble, soit vingt livres de rente, sera payé chaque année à l'abbaye par son frère Hellin, seigneur d'Armentières.

Ego Everardus Rado, castellanus, et Mortagnie dominus, tam presentibus quam futuris notum facio, quod Johanni, fratri meo, singulis annis debebam centum libras flandrensis monete, donec ei terram tantumdem valentem assignassem. Sentiens autem idem Johannes morti se appropinquare, et volens in posterum anime sue providere, de dictis centum libris, pro anime sue remedio decem libras ecclesie Beati Martini de Castello juxta Mauritaniam annuatim contulit in elemosinam perpetuam, pro capellania facienda. Ego autem et Hellinus dominus de Armentières, frater meus, cum huic donationi non interfuissemus, licet sine assensu nostro non posset stare dicta elemosina, audientes bonum ejus propositum, dictam elemosinam laudavimus et approbavimus.

Cum vero apud Armentières, que est villa fratris mei supradicti, Hellinus annuatim supradicte monete viginti libras haberet, pro restauratione xx[i] librarum quas pro dicto H[ellino] singulis annis persolvo domino Eustacio del Rues, pro matrimonio sororis nostre M[arie], quam duxit uxorem in sepedicta villa, dictam elemosinam decem librarum dicte ecclesie assignavi. Addens ibidem eidem ecclesie et alias decem libras, remunerante me dicta ecclesia in ducentis libris flandrensis monete pro beneficio sibi collato, approbante dictam elemosinam viginti librarum J[ohanna] nobili comitissa Flandrensi. Ego E. Rado, tociens dictam elemosinam, presente loci illius abbate, cum toto conventu suo et hominibus meis quamplurimis, per ramum et cespitem, super altare beati Martini, tociens nominate ecclesie

patroni, reportavi. Ut autem hec elemosina firma in perpetuum perseveret, presentem cartulam sigilli mei feci munimine roborari, et nomina testium qui interfuerunt adnotari.

Signum Odonis abbatis ejusdem loci, S. Theobaldi prioris, S. Johannis supprioris, S. tocius conventus, S. Hellini de Sin, S. Jacobi de Thuns, S. Terrici de Pesc, hominum meorum, militum; S. Johannis de Velvaing, S. Johannis de ie Balesquière, hominum meorum; S. Petri Cambarii, S. Balduini de Muro, S. Mathei Forment, scabinorum meorum de Mortaigne; S. Gerulfi vinarii de Mortaigne.

Actum anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo primo, mense decembri.

Paris, Bibliothèque nationale; Collection Moreau, t. 130, fo 11. — Copie tirée par D. Queinsert en 1772 d'un cartulaire de Château l'Abbaye dont le lieu actuel de gisement est inconnu.

---

52. — 1221.

Evrard Raddo, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, garantit aux moines de Saint-Martin de Tournai la libre jouissance des terres que Thierry de Pecq leur avait vendues à Esplechin.

In nomine patris, et filii, [et spiritus sancti, amen]. Ego Evrardus Raddo, castellanus Tornacensis et Mauritanie dominus, omnibus hec visuris in perpetuum.

Notum vobis facio, quod cum Teodericus de Pesch miles, quandam terram apud Splecin sitam, a Johanne domino de Spelcin emisset, et postea eandem terram ab eodem Johanne in feodo recepisset, idem Teodericus in mea constitutus presentia, astante etiam domino suo jamdicto Johanne, eoque concedente pariter et laudante, multisque aliis personis presentibus, quarum nomina subscribuntur, in elemosinam contulit ecclesie Beati Martini de Tornaco sex ejusdem terre bonaria in duobus frustis jacentia, et antique monacorum terre contigua, sub tali conditione quod ecclesia, singulos denarios torn. monete pro singulis bonariis, dicto Theoderico et heredibus ejus persolvere tenebitur annuatim infra quindenam sancti Remigii. Si autem infra dictam quindenam persolutus non fuerit census iste, albas solummodo

cirotechas dabit ecclesia pro emendatione, nec amplius ab ea poterit extorqueri pro forisfacto dilationis, nec unquam de cetero ipsa legi, vel relevamento, seu etiam exactioni cuilibet subjacebit Hanc itaque elemosinam dictus Theodericus in manu mea fiduciavit se firmiter tenere, nec de cetero reclamare, nec unquam super hoc ecclesiam molestare, sed contra omnes heredes suos fideliter warandire dominum suum Johannem de Splecin super omne quod de eo tenebat in feodo, rei observande fidejussorem constituens.

Convocatis autem paribus suis, videlicet domino Johanne de Lesdang, Balduino de Splecin, et Waltero de Guignies, sepedictus Theodricus hanc elemosinam in manum domini sui absolute reddidit, qui de ea ecclesiam per ramum et cespitem investivit, requirens semel et secundo ac tercio, ab hominibus suis paribus scilicet Theoderici, utrum hoc legittime posset facere et de jure; qui sapientum utentes consilio, communiter decreverunt quod hoc legittime facere poterat et de jure; et insuper in audientia omnium qui aderant, terram de qua agebatur ipsi Theoderico et heredibus ejus penitus abjudicaverunt. Et monachi non ingrati eorum beneficio, tum pro elemosina, tum pro contractu, pro sua liberalitate contulerunt eidem Theoderico nonaginta libras flandrensis monete.

Sciri etiam volo quod sepedictus Theodericus me et heredes meos plegios constituit, super omne quod de me tenebat in feodo, de observandis omnibus supradictis. Et ego super hiis me et heredes meos erga ecclesiam obligavi. Huic facto interfuerunt Matheus de Hera, Bernardus de Scamang, Nicholaus de Calona, Bernardus de Pesc, Gerardus del Mares, Walterus de Valenciennes, Hellinus de le Plaigne, milites, et Johannes de Velvaing. Porro omnia supradicta concesserunt et approbaverunt Ida, uxor Theoderici, et liberi Theoderici de priori conjuge procreati, Egidius scilicet et Ida, advocatum sumens Bernardum de Pesch, patruum suum. Et omnes in manu ipsius Benardi corporalis fidei prestiterunt cautionem, quod de cetero in illa terra nil reclamabunt, nec umquam super hoc ecclesiam molestabunt, sed eam pro posse suo tuebuntur et adjuvabunt. Factum est hoc coram domino Johanne de Lesdeng, Bernardo de Pesch, Balduino de Spelcin, Walchero de Guignies, in domo Theoderici; et ex parte mea interfuit Johannes de Velveng. Igitur pro bono pacis, quod in mea gestum est presentia, ne oblivione

depereat, litterarum apicibus annotari feci, quas ad preces et instantiam Johannis domini de Spelcin et prescripti Theoderici qui tunc sigilla non habebant, tanquam Tornacensis provintie dominus, et suprascriptorum fidejussor, sigilli mei appensione munivi et suprascriptorum testimonio roboravi.

Actum anno gratie m° cc° xxj°.

Bruxelles, Archives générales du royaume; Cartulaire 120, page 41. — Copie du XIVe siècle (1).

---

53. — 1221.

Evrard Raddo, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, investit les moines de Saint-Martin de Tournai de la dîme des novales d'Esplechin, que Simon, fils d'Alard d'Esplechin, avait réclamée induement auxdits moines, en dépit de la vente qui leur avait été faite par son père.

In nomine Domini, Evrardus Raddo, castellanus Tornacensis et dominus Mauritanie, omnibus qui hec viderint vel audierint, in Domino salutem.

Noverit universitas vestra, quod Symon, filius Alardi quondam domini de Splecin, mortuo patre suo, reclamavit adversus ecclesiam Sancti Martini de Tornaco decimam novalium que apud Splecin de me tenebat in feodum, quam pater suus vendiderat, et ecclesia jam longo et inconcusso tenore possederat, et eam super hoc plurimum fatigavit. Tandem facti sui penitens, et injuriam suam recognoscens, in presentia mea constitutus, coram hominibus meis, paribus suis, Jacobo scilicet de Tuns, Bernardo de Pesc, Theoderico fratre suo, militibus, Gerardo d'Erembaudenghien, Evrardo de Vinea, Johanne de Velvang, et etiam in audientia Johannis domini de Splecin, et burgentium multorum qui aderant, recognovit venditionem quam pater suus de decima fecerat legitimam fuisse, et approbavit, et eam ecclesie quitam clamavit; meque, ut hoc ipsum benigne concederem,

(1) L'original de cette charte, scellé sur lacs de soie rouge en cire brune, se trouve à Mons, Archives de l'Etat, Fonds de Saint-Martin de Tournai, carton 25; mais il est tellement délabré qu'on n'a pu l'utiliser entièrement.

suppliciter exoravit. De qua prius ab ipso in manibus meis libere resignata, post trinam juris interrogationem a me factam, et a suis comparibus sibi suisque heredibus abjudicatam, ecclesiam tamquam feodi dominus investivi. Illud quoque non ignorandum, quod idem Symon, interposita fide corporali, promisit se in ea nichil amplius reclamare, et contra calumpniantes, si qui forte emerserint, pro posse suo ecclesiam tueri et adjuvare; me et heredes meos, super omne quod de me tenebat in feodo, pacis conservande fidejussorem constituens, et ecclesie defensorem; quare eam conservare teneor indempnem. In hujus rei memoriam, presentes litteras inde conscriptas sigilli mei appositione munivi, et suprascriptorum testimonio roborare curavi.

Actum anno Dominice incarnationis m° cc° xx° primo.

Bruxelles, Archives générales du royaume; Cartulaire 121, page 164. — Copie du XIIIe siècle.

---

54. — En l'abbaye de Saint-Nicolas-des-Prés à Tournai, avril 1222.

Evras Radols, *seigneur de Mortagne et châtelain de Tournai, confirme et garantit la vente de huit bonniers de terre à Wez, faite par Watier de Fraisnoit à Florin, bourgeois de Tournai.*

Jo Evras Radols, sires de Mortaigne, castelains de Tornai, fac asavoir à tos caus ki ceste chartre veront, que Watiers de Fraisnoit vendi, et clama quite, et werpi à Florin le borgois de Tornai, viij boniers de terre ki gisent en le porofie de Weis, pau plus u pau mains; et plèges l'en dona de l'aquiter. Et sor co rendi sus Watiers de Fraisnoit à Biernart d'Eschamaig ceste terre, por co qu'il de lui le tenoit en fief, et voiant ses homes; et si que li home Biernart d'Eschamaig et Watier de Fraisnoit le forjugièrent par loi, et disent que tant en avoit fait que nient n'i avoit ne par droit ne par loi. Et quant co fu fait, Biernars d'Eschamaig, ki mes hom en estoit et de mi en fief le tenoit, le me rendi sus, voiant mes homes, comme à sourain signeur, si que mi home par loi à Biernart d'Eschamaig le forjugièrent, et disent que tant en avoit fait que nient n'i avoit ne par droit ne par loi.

Et empriès co que ciste terre me fut tote quite par loi demorée, se vuel je, jo Evrars Radols, sires de Mortaigne, castelains de Tornai, qu'il sacent cil ki ceste chartre veront que jo, à Florin le borgois de Tornai, ces viii boniers de terre pau plus u pau mains ki gisent en le porofie de Weis, ai donés et werpis par ij d. de cens de cascun bonier, à paier cascun an le jor saint Rémi. Et cest cens ne doit il allors porter qu'à Tornai u el Bruille, à mi u à men castelain. Et se c'estoit chose que par aucune obliance cis oens ne fust paiés le jor saint Rémi, sains forfait le me puet on paier jusqu'à le Tossains ; et se fieste Tossains passoit, tele amende en aroie que mi eschevin de Duisenpiere me jugeroient par loi. Et par ces ij d. de cens tornisiens de chascun bonier, doi jo et mes oiers à Florin et à caus ki empriés lui le terre tenront aquiter et warandir, et fere comme sire em pais tenir de totes demandes et de totes costumes et de tos services franchement. El tesmoig de mes homes ki i furent, et des homes Biernart d'Eschamaig men home ki i furent, si com Fierains de le Porte, Nicoles de Calone, Symons d'Esplecing, Johans de Calone, Johans de Biaurepaire, li home Biernart d'Eschamaig, Nicoles de Calone, et Johans de Calone ses fils, et Johans de Biaurepaire, et Hernols de Bielevile. Tot cist i furent comme home.

Et ce fut fait en l'abie Saint Nicholai des Prés, l'an de l'incarnation Nostre Signor mil et cc et xxij, el mois d'avril.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Loos. — Original sur parchemin, scellé sur cordelettes de soie rouge, en cire verte.

---

55. — Octobre 1222.

Evrard Raddo, châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, garantit aux moines de Saint-Martin de Tournai la propriété des terres à Esplechin, qui leur ont été vendues par Watier du Bruille.

Ego Evrardus Raddo, castellanus Tornacensis et dominus Mauritanie, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod sicut multorum veridica relatione didici, Walterus de Bruilo emit a Symone et Balduino, fratre suo, duo bonaria terre

et dimidium, partemque unius quartarii jacentis intra terminos parrochie de Splecin, suique compares, Bernardus scilicet de Pesch, et Teodericus frater ejus, Rogerus de Pesch, Sycerus de Evregnies, itemque alii, Feranus, Rogerus clericus, Walterus de Guignies, possessionem illam quam, ut asserebant, Symon et Balduinus non coacti sed sponte vendebant, in jure sibi suisque successoribus abjudicarunt, et venditionem legitime factam acclamaverunt.

Postea, cum terram illam predictus Walterus aliquanto tempore pacifice et quiete possedisset, eam venalem exposuit; ad quam aspirantes, monachi Tornacenses videntes eam utilem sibi et necessariam, emerunt sibi precio quadraginta duarum librarum flandrensis monete, ita ut a monachis reddantur mihi censualiter, infra quindenam sancti Remigii, tres tornacenses denarii pro terra quam de me Symon tenuerat in feodum, et Johanni domino de Splecin nichilominus duo pro terra quam Balduinus tenuerat de eo.

Postea, Walterus et Petronilla, uxor sua, et filius eorum Egidius, in presentia mea constituti, fide et sacramento firmaverunt se in terra illa nichil amplius reclamare, sed contra calumpniatores, si qui forte emergerent, ecclesiam fideliter adjuvare. Ego autem, et Johannes dominus de Splecin, ad residuum feodi, per supradictos Symonem et Balduinum assignati, pactionis tenende nos testes ac fidejussores constituimus, et ecclesiam indempnem conservare decrevimus. In hujus rei memoriam, quia predictus Johannes sigillum non habebat, presentem cartulam, rogatus ab eo, ecclesie tradidi sigilli mei impressione munitam, et testium subscriptione roboratam.

Testes : Ernulphus officialis, Nicholaus de Insula, canonici, Hellinus de le Plagne, Jacobus de Tuin, milites, Robertus Loschegnieus, Gossuinus Kambarius, Jacobus Macheraus, Petis de Mauritania.

Actum anno gratie m° cc° vicesimo secundo, mense octobri.

Mons, Archives de l'Etat; Fonds de Saint-Martin de Tournai, carton 25. — Original jadis scellé sur double queue de parchemin.

56. — Juillet 1225.

Evrard Radol, seigneur de Mortagne, promet de rembourser à Daniel, avoué d'Arras, les 2500 livres parisis que ce seigneur a prêtées à la comtesse Jeanne de Flandre, au cas où ladite comtesse ne pourrait s'acquitter par elle-même de sa dette.

Ego Evrardus Radolli, dominus de Mortaigne, notum facio universis presentibus et futuris, quod ego karissimum meum Danielem, Attrebatensem advocatum et Bethunïe dominum, debeo acquitare de bis mille libris et quingentis libris par., de quibus idem advocatus suum fecit debitum apud Attrebatum pro nobili muliere Johanna, Flandrie et Haonie comitissa, karissima domina mea. Eundem itaque advocatum de omni dampno et custo, si quod forte incurreret occasione debiti, quocunque modo esset, super dictum suum debeo penitus acquitare, si tamen ita contingat quod predicta domina mea ipsum advocatum non acquitaverit de summa pecunie memorata. Et ut hoc ratum maneat atque firmum, presens scriptum sigilli mei munimine roboravi.

Actum anno Domini m° cc° vicesimo quinto, mense julio.

Lille, Archives du Nord; B. 24. — Original scellé sur double queue de parchemin, en cire blanche.

---

57. — Jeudi 8 Janvier 1226.

Mile, évêque de Beauvais, Ponce, évêque d'Arras, et Michel de Harnes, chevalier, publient les conditions de l'accord ménagé par eux entre le châtelain Evrard Radol de Tournai, d'une part, et les abbayes de Saint-Amand, de Saint-Martin et de Saint-Nicolas des Prés de Tournai, de l'autre, à l'occasion des droits de gîte et autres, réclamés à ces abbayes par le châtelain.

Milo Belvacensis, Poncius Attrebatensis, Dei gratia, episcopi, et Michael de Harnes, miles, universis presens scriptum inspecturis, salutem in Domino.

Universitati vestre notum fieri volumus, quod cum inter

Everardum Radol, castellanum Tornacensem, ex una parte, et Sancti Amandi in Pabula, et Sancti Martini Tornacensis, et Sancti Nicholai de Pratis abbatias, ex altera, controversia esset super eo quod castellanus predictus asserebat se debere habere gistas in dictis abbatiis, et in curtibus earumdem infra castellaniam Tornacensem sitis, et quod in dictis curtibus debebat tempore messis ponere servientes suos, sine quibus metere non poterant, ut dicebat, et quod equos suos ad sejornandum, vacas, porcos et capones ad incrassandum, ponere poterat, et eorum currus et equos accipere quocienscunque ei opus erat, multaque hujusmodi exigeret ab eisdem. Tandem, nobis mediantibus, talis compositio intercessit, quod dictus castellanus omnia predicta et alia gravamina remisit dictis ecclesiis, et eas quitavit tali tenore quod dicte ecclesie tenentur predicto castellano viginti libras parisiensium solvere annuatum, ac per hoc nec ipse nec ejus servientes dictas ecclesias deinceps in aliquo molestabunt. Dictus vero castellanus, dictas ecclesias et bona earum infra castellaniam suam, tenetur pro posse suo, bona fide defendere et tueri, et dicte ecclesie super injuriis, si que eis irrogentur, non debent invocare subsidium ab aliquo judice seculari, nisi castellanus prius fuerit in defectu. De illis autem injuriis quas prefatus castellanus dictis ecclesiis dicitur intulisse, quitus esse debet, nec inde poterit conveniri. Insuper dicte ecclesie, et curtes earum, ea libertate gaudere debent qua gaudent alie hujusmodi ecclesie, tam in terra domini regis quam in terra domine comitisse. Hanc autem compositionem, sepedicti castellani heredes tenentur in perpetuum observare; et in hujus rei testimonium fecimus presens scriptum sigillorum nostrorum munimine roborari.

Actum anno Domini m° cc° vicesimo quinto, feria quinta post Epiphaniam Domini.

Lille, Archives du Nord; Fonds de Saint-Amand, Cartulaire t. 2, f° lxxiii^a. — Copie du XIVe siècle.

---

58. — Tournai, Août 1226.

Hellin de Mortagne, en qualité de garde de la châtellenie de Tournai, approuve la vente de six bonniers de terre à Marquain, faite à Jean, archidiacre de Tournai, par Thomas de Hollain et sa femme.

Ego Hellinus de Mauritania, ballivus castellanie Tornacensis, notum facio universis presens scriptum inspecturis, quod ego venditionem sex bonariorum terre jacentis in scabinatu de Marchaing, super Orcham, factam a Thoma de Holaing et uxore ejus, viro venerabili Johanni, archidiacono Tornacensi, per manum domini Bernardi de Scamaing, gerentis vices Jacobi de Tumaides, in hac parte domini feodi predicti, que terra tamquam feodus a castellano Tornacensi descendebat. Et quia pro certo intellexi quod bone memorie Evrardus Radous, frater meus, quondam castellanus Tornacensis, ipsam venditionem concessit fieri, ego eandem benigne et amicabiliter tanquam legitimam approbavi; et me hostagium constitui de ipsis conventionibus firmiter observandis. In hujus rei memoriam, presentem paginam sigilli mei duxi munimine roborandam.

Actum Tornaci, anno Domini m° cc° xx° sexto, mense augusto.

Tournai, Archives du chapitre de l'église cathédrale; Cartulaire D, f° cvij[a]. — Copie du XIV[e] siècle.

---

59. — Septembre 1232.

Ernous, *seigneur de Mortagne et châtelain de Tournai, garantit aux moines du Château la jouissance des terres et prés à Notre-Dame au Bois, qui leur ont été vendus par Watier de Forest et sa femme Wibour.*

Sachent tout cil qui sunt et avenir sont, que jou Woitiers de Forest, et Wibours me fame, avonmes vendu à l'eglize de Castiel deles Mortaigne, trois bonniers pret et terre, qui gisent entre le voye de Frasne et le court de Malaise, qui estoyent de men fief; et le defate de trois boniers ai ge rasegnet en lieu c'on dist el courtil c'on dist dame Avain. Et cou werpi je et me femme Wibours bien et loyalment, et rendimes en le main le seigneur de Mortaigne, de cui je le tenoye en fief, pardevant ses hommes : Jaquemon de Tuns, Woitiers de Holaing, Hellin de Sin, chevaliers, Jehan Le Per, Mahieu del Corriel. Et li sires de Mortaigne le loa et le doit warandir à oes l'eglise, se jou, ne me feme ne mes hoirs, aliemes ne dire voliemes encontre et de toute le justice.

Et pour chou que jou Ernous, sire de Mortaigne et castellains de Tournay, le doy l'eglise woirandir et deffendre par tout, et que ce soit stavle quose et ferme, à le priere de Woitier men homme, et de l'eglise de Castiel, ay ge cest escript saelet de mon sael.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation Nostre Seigneur Jhesu Crist mil et deux cens et trente deux, el mois de septembre.

Paris, Bibliothèque nationale; Collection Moreau, t. 146, f° 66. — Copie tirée par D. Queinsert en 1772 d'un cartulaire de Château-l'Abbaye dont le lieu actuel de gisement est inconnu.

---

60. — Lundi 4 Décembre 1234.

Ernous, *châtelain de Tournai et seigneur de Mortagne, ratifie la vente faite à l'hôpital Notre-Dame à Tournai, par Gérard fils de Gosse Le Flamenc, bourgeois de Tournai, de sept quartiers de terre à Ernoulville.*

Je Ernous, castelains de Tornai et sire de Mortagne, fac savoir à tous cials ki ces leitres veront et orunt, que Gherars li fils Gosson Le Flamenc, borgois de Tornai, devant mi et devant mes homes, a vendut bien et loiaument à l'ostelerie Nostre Dame de Tornai, siet quartiers de tiere, pau plus u pau mains, ki gisent à Ernoulvile, c'on tient de mi à vj d. de cens par an, dont jo sui pleges et ostages de warandir et d'aquiter de ci à loi, à l'assens des eskievins en qui justice li tiere gist.

Et por co que ce soit ferme et estable, jo ki n'avoie mie seel, empruntai et fis pendre le seel mensigneur Mahiu d'Erre men home. Et bien connois que quant jo arai propre seel, mettre li doi et les leitres faire renoveler.

Ce fu fait en l'an de l'incarnation m. cc. et trente quatre, el mois de disembre, le premier deluns des Avents.

Tournai, Archives hospitalières; Fonds de l'hôpital Notre-Dame, liasse Froyennes. — Original scellé sur double queue de parchemin, en cire verte.

---

61. — Douai, Décembre 1237.

Arnoul de Mortagne, chevalier, jure de ne point assister le comte et la comtesse de Flandre, s'ils venaient à violer les engagements qu'ils ont pris envers le roi de France.

Ego Arnulphus de Moretengne, miles, notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod ego, tactis sacrosanctis, juravi coram nunciis excellentissimi domini Ludovici regis Francorum illustris, et domine regine Blanche, matris ejus, ad hoc missis, videlicet coram domino Ferrico Paste, Francie marescallo, domino Adam de Milliaco, et magistro Guillelmo de Senonis, clerico ipsius domini regis, quod si, quod Deus avertat, karissimum dominum meum Thomam comitem Flandrie, et karissimam dominam meam Johannam, Flandrie et Hanonie comitissam, uxorem ipsius, contingeret resilire a conventionibus initis inter predictos comitem et comitissam, ex una parte, et predictum dominum Ludovicum regem Francorum illustrem, et ejus matrem Blancham reginam, et liberos ejus ex altera, quas conventiones audivi fideliter recitari et plene intellexi, predictis comiti et comitisse non adhererem, nec auxilium vel consilium eisdem vel alteri ipsorum prestarem. Immo domino Ludovico regi, et domine regine, et liberis ipsius pro posse meo adhererem, et fideliter faverem, donec id esset emendatum in curia predicti domini regis, ad judicium parium Francie. In cujus rei testimonium, presentes litteras scribi feci et sigillo meo sigillari.

Actum apud Duacum, anno Domini m° cc° tricesimo septimo, mense decembri.

Paris, Archives nationales ; J. 536b, no 675. — Original scellé sur double queue de parchemin, en cire blonde.

---

62. — Décembre 1238.

Iernouls, *chevalier, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournai, approuve le don fait aux Templiers par Gosse Fastret de Saint-Léger, des alleux qu'il possédait dans la châtellenie de Tournai. Il leur concède en outre, moyennant un cens annuel, un fief que ledit Gosse tenait de lui à Saint-Léger.*

Jo Iernouls, cevaliers, sire de Mortaingne et castelains de Tornai, fac savoir à tous cials ki sunt et ki ces letres veront et oront, que le don que Gosses, c'on apiele Fastret de Saint-Légier, a fait au Temple des alues qu'il tient en le castelerie de Tornai, que jo l'ai loet et m'i sui consentis, sauf cou que li Temples devantdis le doit tenir à teus us et à teus coustumes que Gosses devantdis les a tenus enviers mi et enviers mes ancisseurs, et que Gosses devantdis, un fief ki est à Saint-Légier qu'il tenoit de mi, qu'il le inporta en me main à wes le Temple devant noumet, et que jo l'ai rendu au Temple parmi xii d. loniziens de cens au Noel, et as us et as coustumes ki devant sunt noumet. Et por cou ke ce soit ferme cose et estable, jo ai ces letres confermées de men saiel.

Ce fu fait l'an de l'incarnation Nostre Segneur mil et cc et xxxviij, el mois de décembre.

Paris, Archives nationales; S. 5211, nº 74. — Original sur parchemin, scellé sur lacs de soie verte et blanche, en cire brune.

---

63. — Février 1239.

Arnoul, seigneur de Mortagne et châtelain de Tournai, investit l'église de Tournai de tous les droits que le seigneur Alexandre de Mouchin lui avait concédés à Tournai, sur le manse de Gossuin Buciau.

Ego Arnulphus, dominus de Mortaigne, castellanus Tornacensis, notum facio universis, quod Alexander, miles, dominus de Mouscin, in presentia hominum meorum constitutus, recognovit se contulisse ecclesie Tornacensi quicquid juris habebat, tam in foragiis quam aliis, in manso Gossuini Buciau, sito in magno vico inter pontem Scalde et Sanctum Brictium in Tornaco, et rogavit me, a quo predicta tenebat in feodum, quatinus dictam concessionem laudarem, et gratam haberem et firmam. Insuper de predictis se devestivit, et reportavit ea in manu mea ad opus ecclesie Tornacensis. Ego vero ad petitionem ipsius Alexandri prefatam donationem laudavi, et de predictis investivi ecclesiam memoratam, et quicquid juris in eis habebam quitavi

ecclesie supradicte, salvo omni jure meo et escansiis in aliis que non pertinebant ad feodum Alexandri prenotati.

Actum anno Domini m° cc° xxx° octavo, mense februario.

Tournai, Archives du chapitre de l'église cathédrale ; Cartulaires C, f° lv^b et D, f° xliij^b. — Copies du XIVe siècle.

---

64. — Juillet 1240.

Arnouls, *seigneur de Mortagne et châtelain de Tournai, donne à cens le pâturage du Locquet et les marais de le Wele, à la commune de Froyennes, aux moines de Saint-Martin et à l'hôpital Notre-Dame à Tournai.*

